clamor in scripturis nō est uocis sed cordis . S;  
nūqd uerborū multitudīe flecti deus ut homo  
pōt : Non enim uerbis tantū . sed corde orād<sup>9</sup>  
est deus . Melior est septem psalmoꝝ decanta  
tio / cum cordis puritate ac serenitate / & spiri  
tuali hilaritate . q̄ totius psalterii modulatio cū  
anxietate cordis atq; tristitia . Cantor quoque  
pellatur ut noxius . ac fidicinas / & psalterias :

& istiusmodi quasi mortifera sirenarū carmia  
& turba ex edibus . Sic aut̄ erudienda ē anima  
que futura est templū dei . quod nihil aliud di-  
scat audire . nihil loqui . nisi quod ad timorem  
dei pertinet . Turpia nō intelligat . Cantica mun-  
di ignoret . Non sunt cōtemnēda quasi parua  
sint . sine quibus magna constare nō possunt  
Greca narrat historia . Alexādrum potentissi-  
mum regē / orbisq; dñatorem / & in moribus  
& incessu Leonidis pedagogisui nō potuisse  
carere uitiis . quibus ad huc paruulus fuerat i-  
fectus . Demonū itaq; cibus est / carmina poe-  
tarum . secularis sapīa . & ethoricorum pompa  
uerborum . Hec sua homīes sanitate delectant .  
& dum aures ueribus dulci modulatione cur-  
rētibus capiunt . aīam quoq; penetrat . & peccato-  
ris in terna deuincit . Verum ubiq; summo  
studio fuerint ac labore perlecta . nihil aliud ni-  
si inanem sonum & sermonum strepitū suis le-  
ctoribus tribuit : Nulla ibi saturitas ueritatis .  
nulla iustitie refectio repitur . Studio si earū i  
fame ueri uirtutumq; penuria perseuerant .  
Mihi autem cure nō est quid Aristoteles . sed  
quid Paulus doceat . Ornat enim doctrinā dei  
q; ea que conditioni sue apta sunt facit . Et econ-

trario confundit illam : cui conditio sua displi-  
 cet . Monachus autem non doctoris / sed plan-  
 gentis habet officium . qui uel se / uel mūdum  
 lugeat . & dominī pauid⁹ p̄stoletur aduentum .  
 Qui sciens imbecilitatem suā / & uas fragile :  
 quod portat . timet offendere ne impingat &  
 corruat . atq; frangatur . Secq; monachum esse  
 nō loquēdo & discurrēdo sed tacendo & seden-  
 do nouerit . Sit quoq; tibi sermo silens . & silen-  
 tium loquēs . nec citus / nec tardus īcessus . At  
 unusq; q; quādo ad coīonem ingreditur / cū cu-  
 culla tantum accedat . H̄abebant ergo / qui uo-  
 lunt suas oues . uase gemmato bibant . Sirico ni-  
 teant . plausu populi delectentur . & piper ua-  
 rias uoluptates / diuitias suas uincere nequeūt  
 Nostre diuitie sunt in lege dei meditari die ac  
 nocte . pulsare ianuā . & seculi fluctus domīo  
 preeunte calcare . Preparemus igitur nobis for-  
 titudiem . Assumamus nobis pfectum robur  
 ut inter errorum tenebras & cōfusionem no-  
 etis / scientia Christi lumen . diesq; noster nu-  
 bem habeat protegentem . ut his ducibus ad ter-  
 ram sanctam puenire ualeamus . Quid enim  
 eruditio melius ? quid suauius disciplina ?  
 Quid dulcior domino ? Sit aut nobis cōuiuiū

Christus . lectio xps . quies xps . Cogitatio xps  
Que enim pot est esse uita sine scientia scripturarum  
per quam etiam ipse xps agnoscitur . Qui cibi . que  
mella sunt dulciora / q dei scire prudentiam . Sa-  
piens quoque nunc solus est habet secum omnes q  
boni sunt & fuerunt . & animu liberu quoque  
uult transfert . Quod corpore non pot cogitati-  
one compleatur . & si hominum inopia fuerit loq-  
tur cum deo . nec unquam minus est solus q cum so-  
lus fuerit . Prima namque sapientia est / caruisse stulti-  
cia . sed stulticia caruisse non pot / nisi qui intelle-  
xerit illam . Sed uera quidem sapientia est imperfectum se-  
nosse . ac ut sic loquar / cunctorum in carne iusto-  
rum / imperfecta perfectio est . Parum tamen est scire quod  
nescias . sed prudentis hominis est / nosce mensuram  
suam : quam qui ignorauerit : quanto ampliora que-  
sierit . tanto magis ad inferiora collabitur . Di-  
scamus igitur in terris . quoque nobis scientia pse-  
ueret in celis .

### De uigiliis :

Ignus est fratres : aptumque prorsus : sa-  
tisque conueniens . de sanctis uigiliis nunc  
dicere : & preferre sermonem . quando ipsa lucubra-  
tio exigitur a sollicitis . Nox ecce est caligo corpo-  
ribus non solum homines : sed etiam cunctos i-

somno detinet astantes .ut reformatis viribus p  
soporem / possint diurnos labores sustinere  
uiuentes . Bonus deus / qui ita prospexit . ita &  
constituit . ut homo exiturus ad opus suum &  
ad operationem suam usq; ad uesperam . haberet  
uicarium tempus . in quo a duris laboribus &  
multa fatigacione requiescere prestitit . Nouimus  
aut multos hominum . ut aut maioribus  
suis placeant . aut si aliquid peculiariter possint  
noctis particulam ad aliquod opusculū segre  
gare . id pro lucro ducere quod furati de sopo  
re suo operari potuerint . A salomone uero  
laudatur & femina / que pensat lanificum ad  
lucernam & uigilantur exercet . Addidit etiā  
quod ex hoc laus uiro eius in portis / & gloria  
magna nascatur . Quid si in carnalibus instru  
mentis . i . uestitui aut uictui necessariis . qui ui  
gilat nō reprehenditur . imo laudatur / mirari  
me fateor esse aliquos / qui sacras uigilias tam  
spirituali opere fructuosas / orōnibus & hymnis  
lectionibusq; facundas / aut supfluas extimāt  
aut otiosas . aut quod his deterius importunaſ  
Et quidē si sint hoīes a religione nostra alieni  
qui ista sic sentiunt / non est mirum : quomō  
enī p̄phanis religiosa placere nō possunt . qui

bus si placeret nostri essent quod sumus: si ue  
ro nostrisunt quos uigiliarum salutifer actus  
offendit ut nihil de his deterius suspicer. aut pi  
grisunt. aut somniculosi. aut quod his est pro  
ximū / senes sunt aut infirmi. Si pigri sunt eru  
bescant / quia illis insonant prouerbia Salomo  
nis . Si somniculosi sunt / expgiscantur scriptu  
ra proclaimāte. Opiger quoisq; dormis. Quā  
do autem de somno surges / modicum quidez  
dormis . modicum sedes . pulsillum uero com  
plecteris manibus pectus . Si autem senex es :  
quis te compellit ut uigiles : q̄q & non com  
pulsus pro etate uigilias . Et si stare non potes  
sed tuā cogitas impossibilitatē / nō debes iuuue  
nes & ualētes ad tuum reuocare torporē. quos  
propter uarias temptationes iuuentutis / se ip  
sos p̄pensioribus macerare decet uigliis . Nā  
athlete suis uicinatoribus fortiores sunt & tam  
monet debilior . pugnat ille qui fortior ē / maxi  
me quia & sancti corruunt / si fuerint negligen  
tes . & peccatores pristinū recipiunt gradū / si  
fordes fletibus lauerint . Hoc ideo dico / ut te  
nō terreāt ēt descēdētes / sed puocent ascēdētes  
Nihil tam facile / q̄ otiosum & dormiētem de  
aliorum labore & uigliis disputare . Si uero in

firmus es mēbris . quod facere nō potes / noli  
reprehendere / imo riga & tu secūdum pphetā  
lacrīmis stratum tuū & dic . Si memor fui su  
per stratum meum . Iniunge etiā uigilantibus  
ut te p̄cibus suis iuuent . quo adiutus a domi  
no / sup lectum doloris tui canere possis / & qñ  
q; merearis dicere . In matutinis meditabor in  
te / quia fuisti adjutor meus . Alioquin stultū  
& satis extraneū ē: ut quia ip̄i currere non uale  
mus benecurrētibus derogemus . Nam & si nō  
possimus: debemus congratulari potentibus  
Sicut enim de consensu malitie pticipatur cū fa  
cientibus pena . sic participatio glorie speranda  
est de confessione bonitatis . Alios enim effec  
tus coronat . alios uolūtas pia letificat . Nec sane  
onerosum uel difficile uideri debet : etiam de  
licatis corporibus: in septimana duarū noctiū . i.  
sabbati atq; dominice: portionem aliquē dei mi  
nisterio deputare . Ista enim quasi purificatio  
est dierum quiq; uel noctium . quibus stupe  
re carnali ingrauescitmus : aut mūdanis actib;  
assolitamur . Nec erubescat aliquis in bono  
studio sanctitatis . cum non erubescant im  
probi imperpetrando opere feditatis .

Merito ergo scriptura in prouerbiis ingerit .  
Est confusio que ducit ad peccatum . In bono  
enim ope confundi peccatum est . sicut in ma-  
lo fatiendo nō confundi penitentia est . Si sanctus  
es / ama uigilias / ut thesaurum tuum uigila-  
do custodias : & ipse in sanctitate serueris . si pe-  
ccator es magis cura ut uigilādo & orādo pur-  
geris . dū tonlo pectore frequētius clamis ab oc-  
cultis meis mūda me : & ab alienis parce seruo-  
tuo . Gustandum enī uidetur quia suavis est  
dominus : sicut scriptum est . Qui ergo gusta-  
uit intelligit & sentit quātum pondus pectoris  
uigilando deponitur . quantus mentis stupor  
excuditur . quanta lux animā uigilantis & orā-  
tis illustrat . que gratia que uisitatio mēbra uni-  
uersa letificat . Vigilando timor om̄is excludit  
fidutia nascitur . caro maceratur . uitia tabescunt  
caritas robatur . recedit stultitia . accedit pru-  
dentia . mens acuitur . error obtunditur . cri-  
minum caput Dyabolus gladio spiritur uul-  
neratur . Quid hac utilitate magis necessariū  
Quid istius lucris cōmodius : Quid hac dile-  
ctione suauius : Quid hac felicitate beatius :

Teste et propheta. qui i principio psalmorum suorum  
beatum virum describens : summam beatitudinem eius in hoc versiculo collocavit . Sed in lege  
dei meditetur die ac nocte . Bona est quidem diu  
turna meditatio . sed efficacior est nocturna . quia  
per diem necessitatis uarie obstreput . occupatioes  
distrahunt mentem . sensum duplex cura disper  
git . Nox autem quieta / nox secreta / opportuna  
se prebet orationibus / aptissimam uigilatibus . dum  
carminibus occupationibus expeditum / collectumque  
sensum in totum hominem diuinis contemplacionibus si  
stet . Curandum est etiam / ne nimietate cibi uel po  
tus . uigilaturi pectus oneretur . ne cruditates eru  
ctantes & crapulam non solu ipsi nobis . sed etiam  
gratia spiritus indigni iudicemur . Ergo tamquam diui  
no futuri mysterio / ante nos per abstinentiam pa  
rare debemus . ut non grauati / expeditius uigi  
lare possimus . Cogitatio quoque mala pellatur  
ne male uigilantis oratio fiat . sicut legitur in pe  
ccatum . Sunt enim etiam ex maligno uigilie  
sicut in puerbiis legitur . Ablatus est somnus ab  
oculis eorum . Non enim dormiunt inquit nisi  
male fecerint . Absint ab hoc conuentus ta  
les uigilie . Sit potius uigilantium pectus

clausum Dyabolo .aptum Christo .ut quem  
labiis sonamus /corde teneamus . Tūc erūt ac  
ceptabiles nostre uigilie .tunc pnoctatio saluta  
ris .si cōpetenti diligentia & deuotione sincera;  
ministerium nostrum diuinis obtutibus offe  
ratur .

### De Vestibus :

F Vsta tunica uestiaris .Vlis tunica contē  
ptum seculi probet .ita dūtaxat ne anim⁹  
tuus timeat /ne habitus sermoq; dissentiat .Nā  
uestis ipa uilis & pulla aī tacentis inditum est .  
Qui mobilibus uestiūtur :i domib⁹ regū sūt .  
Tales namq; uestes habeas qbus pellat frig⁹  
nō qbus uestita corpora nudent . que nec sint  
satis mōde .nec sordide /& nulla diuersitate no  
tabiles .qa nec affectate sordes /nec exqsite mō  
dicie cōueniunt Christiano .Sed hec nec hoc ip  
sum tibi iactantiam generet . quod seculi iactā  
tiam cōtempsti .nec cogitatio tacita subrepat .  
ut quia forsan in auratis uestibus placere desi  
sti .placere coneris iſordidis .Nihil .n .itulim⁹ i  
hunc mundum .nec auferre quid possumus .  
At nūc plerosq; uideas / armaria stirpare uesti  
bus .tunicas mutare quottidie .& tamē tineas  
non posse superare . & qui religiosior est .

unū exterit uestimentum & plenis archis pan  
nos trahit Infitiūt mēbrana colore purpureo  
aurū liqueſcit in litteras. gēmis uestiūt. & nu  
dus ante fores eoꝝ Christus emoritur . Pulla  
enim tunica minus cum humī iacuerit fōrdida  
tur . Sit cingulum laneū / tota ſimplicitate pu  
riflimū . & quod poſſit aſtrīgere magis uesti  
mēta q̄ ſindere . Idē ſemp habitus . neglecta mō  
dices . inculta uestis . & cultus ipſe ſine cultu .  
Plumarū quoq; molities / iuuenilia mēbra nō  
foueat .

### De laboribus manuum.

n Ec uacet mens uariis pturbationibus . q̄  
ſi peſtori inſederint / dominabūtur tui /  
& deducent te ad delictum maximū . Facito ali  
quid opis . ut ſemp te Dyabolus iueniat occupa  
tum . Si Ap̄lī habētes pōtatem de Euangeliō  
uiuere laborant manib⁹ ſuis / ne quē graua  
rēt & aliis tribuebant refrigeria . quorū pro ſpi  
ritualib⁹ deſebat metere carnalia / curtū i uſus  
tuos ſuccellura nō ppares ? Vel fiſcellā texe iū  
co . uel caniſtrum lentis fleſte uiiminibus . Sa  
riatur humus . areole equo limite diuidantur .  
In quibus cū olerum iactata fuerit ſemina . uel  
plāce p ordinem poſite . aque ducant̄ irrigue .

Inserantur in fructuose arbores uel gemis uel  
surculis . ut paruo post tempore / laboris tui dul-  
cia poma decerpas . Apum fabricare auelaria .  
ad quas te mittit Salomonis puerbia . Et mona-  
steriorum ordinem : ac egregiam disciplinam  
in paruis disce corporibus . Taxantur & lina p  
capiendis piscibus . Scribatur libri / ut & manu  
opetur cibum / & aia lectione saturetur . Nam  
in desideriis est omnis otiosus . Egyptiorum mo-  
nasteria / hunc morem tenent . ut nullum abs  
opere & labore suscipiant . non tam propter ui-  
ctus necessaria . q[uod] propter anime salutem . ne  
uagetur pnitiosis cogitationibus . & instar for-  
nicantis . Hierusalem . omni trahenti diuaricet  
pedes suos . Hec idcirco tibi ab ope cessandum  
est . quia deo propitio nulla re indiges . sed ideo cum  
omibus laborandum est . ut per occasionem opis  
nihil aliud cogites . nisi quod ad dominum pertineat fer-  
uitutem / simpliciter loquar . Quauis omnes ce-  
sum tuum in pauperes distribueris . nihil aper Chri-  
stum erit pretiosius : q[uod] quod manibus tuis ipse  
cofeceris . Sudore enim et labore nimio ad uber-  
tatem fructuum puenimus .

## De laude religionis / & inductione ad eam.

c Xtruis quidē monasteria .multus a te  
 p̄ insulas Dalmatiae / sanctorū numerus  
 sustentatur .sed melius faceres / si & ipe sanct⁹  
 inter sanctos uiueres . Difficile imo impossibi  
 le est .ut & p̄ n̄tibus quis & futuris fruatur bo  
 nis .ut & hic uentrem / & ibi mentem impleat  
 & de delitiis transeat ad delitias .ut in utroq; se  
 culo primus sit / & in terra & in celo appareat  
 glōsus Quod aut̄ afferis melius eos facere . q̄  
 utantur rebus suis / & paulatim fructus posse  
 ssionū paupibus diuidat . q̄ illos q̄ possessioni  
 bus uenundatis / semel oīa largiant̄ . nō a me  
 sed a domino respondebitur . Si uis pfectus es  
 se / uade & cetera . Hec a suo studio monachi  
 detrahendi sunt / linguis uipereis . & morsu se  
 uissimo qbus argumētaris & dicis . Si omnes  
 se clauerint & fuerint in solitudine / quis cele  
 brabit ecclesiā? quis seculares hoīes lucrī fatiet  
 quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari?  
 Hoc enim modo / si omēs tecum fatui sunt / sa  
 piens esse quis poterit? Si uirgines omēs fue  
 rint / nuptie non erunt .interibit genus huma  
 num . Sed rara est uirtus . nec a pluribus appe  
 tit . Et utinā hoc omnes essent; quod pauci sūt.

De qbus dicitur. Multi uocati . pauci uero ele  
cti. Ideo licet paruulus ex collo pendat nepos.  
licet sparso crine . ac scissis uestibus / ubera qui  
bus te nutrierat / mater ostendat . licet in limie  
pater iaceat . per calcatum pge patrem / siccis ocu  
lis ad uexillum crucis euolla . Pietatis genus ē:  
in hac re esse crudelem . Gladium tenet hostis  
ut me pimat . & ego de matris lacrimis cogita  
bo : Delicatus es frater carissime / si hic uis ga  
udere cum seculo . & postea regnare cum Chi  
sto . Multa nos cogit facere affectus . & dum p  
pinqtatem respicimus corporū . & corporis &  
anime offendimus creatorē . Qui amat patrem  
aut matrem sup Christum non ē deo dignus .  
Vnde discipulus ad sepulturam patris ire desi  
derans / Saluatoris prohibetur impio . Quiāti  
monachorum / dum patris matrisq; miseretur  
suas animas pdiderunt : Super patre & matre  
pollui / nobis nō licet . quanto magis super fra  
tre . sororibus consobrinis . familia . & seruulis .  
Genus regale & sacerdotale sumus . Illum atte  
damus patrem ; q nūq; moritur . & qui ideo ui  
uens mortuus est ut nos mortuos uiuificaret .  
Sola causa pietatis ē : ubi nulla carnis notitia ē .  
Honora patrem tuum , si te auero patre non

seperet tam diu scito sanguinis copulā / q̄ diu il  
le suū nouerit creatorē. Alioqñ Dauid p̄tinus  
tibi canet. Obluiuscere populum tuū & domū  
patris tui / & cōcupiscet rex decorē tuum / qm̄  
ip̄e est dominus deus tuus . Grande p̄mīum  
obliti parentis .quia concupiscet rex decorē  
tuū .Solēt etnī miseri parentes & nō plene fidei  
Christianī deformes & aliquo mēbro debiles  
filios /quia dignos matrimonio nō inueniūt re  
ligioni tradere .Sed si tu p̄fectus esse desideras  
exi cum abraam de patria tua / & de cogitatione  
tua & p̄ge quo nescis .Et si habes substantiam  
uende & da pauperibus .si nō habes grādi one  
re es liberatus .nudum Christum nudus seq̄  
re .Grande hoc difficile .sed magna sunt p̄mia  
Magis enim quālibet labor suscipitur .si aī ocu  
los p̄ponatur ip̄ius laboris utilitas .Sed & nauī  
gātibus longe / serenitatis spē pollicetur nimis  
ualida & diuturna tempestas . Sectemur igit̄  
nos saltem mulierculas .sexus nos doceat ifir  
mior .Quāti diuitiis pariter & nobilitate pollē  
tes :nolo earum uocabula dicere ne adulari ui  
dear .:relictis facultatibus :pignoribusq; contē  
ptis :hoc factum facile iudicarunt .quod tu pro  
prio putas timore difficile : Vnde hēto & i his

simplicitatem colube .ne cuiq; machineris dolcs  
& serpentis astutiam /ne aliorū supplāteris insi-  
diis .Non multum distat in uitio uel decipere  
uel decipi posse Christianū .At illa tibi ad hoc  
de uariis floribus lumē exornent .Coluber ad  
bibendum ueiens ī aqua uenenu deponit /ne  
eum uenenum /aqua concretum occidat .nu-  
dum hominē timet .caput tātum cellat suum:  
quādo pcutitur ubi sciens mortem suā .Serpēs  
qdem si calamo pcutiatur /moritur .si uero ite-  
rum pcutiatur confirmatur .hiemali tempore  
infirmiter efficitur /& absentibus deuicitur .Igi-  
tur ante hiemē circha se segetes colligit /ut illi es-  
cam pbeant .Anguis qñ tenuerit pdit aspectū  
& si uoluerit redire ad iuuentutem /ieiunat q̄  
draginta diebus ut laxetur pellis .& sic augustū  
foramē pquirit .ut dum nititur inde exire /pel-  
lem senectutis dimittat .Pellicani cū suos a ser-  
pente filios mortuos inueniunt .Lugent & se  
ac sua latera pcutiūt .& sanguine excusso ad cor-  
pora mortuorū sic reuiuiscunt .Aquila quoq;  
quādo senuerit :grauātur eius penne et oculi .  
et querit fōtem et erigit pennas .et coligit in se  
calorem et sic oculi ipsius sanātur .et in fontem  
se intermergit .et ita ad iuuentutem reddit ,

Multa in scripturis dicuntur que uidetur esse in  
credibilia. & tamē uera sunt . Nil enim ibi dicas  
impossibile : ubi adest uirtus altissimi . Nil de  
humana fragilitate cogites. ubi plenitudo adest  
deitatis . Sed quid te ad iugum dñi / pñtis uite  
prouocare conor exemplis . cum nullum pene  
sciamus fuisse sanctorum . q procellosum huius  
temporis agonem / absq; tribulatione & tēpesta  
te transferit . Sic & enim bellator uulneris dolo  
rem aut contēnit aut nescit : dum uiuacitatis sē  
sibus solam uidetur cogitare uictoriā . Et qhie  
mis tempore uadit ad balnea / prius aspitatem  
frigoris / nudus patiēter excipit / quia eum fu  
tura calefactio consolatur . Oiumq; fere creatu  
rarum / difficile exultatio aliqua nisi merore p  
eunte succedit . Sit ergo tanta in nobis futuro  
rū fides : ut admodum nō sentiamus : nos  
illa sustinere : que patimur . sed ea potius arbi  
tremur nos obtinere que credimus . Quanta  
aut apud deum merces . si in pñti hoīes pñtium  
nō sperarent ? Quātis sudoribus hereditas cas  
sa expetit ? Minori pretio margarita Christi  
enim poterit . Finis militie tue erit regnum nō  
terre & tēporis . sed eternitatis & celi . Nihil est  
fili quod possit aut debeat preferri ei : q ē ueruſ

dominus & uerus pater / & impator eternus .  
Cui enī recti<sup>9</sup> nostrā uitam impēdimus / quā  
illi a quo eā accepimus / & cui eā usq; ad finez  
debemus . qā ip̄ius beneficio uiuimus . Vnde  
si maluerimus magis cesari militare q̄ Christo  
postea nō ad Christum . sed ad gehēnā transfe-  
rimur . Igitur nec affectum / nec patriā / nec ho-  
norē , nec diuitias deo p̄ferre debemus . qā scri-  
ptum est . Preterit huius mūdi figura . & qui  
hunc mūdum dilexerit / cū mundo pibunt . Illi  
ergo militemus / qui militatibus sibi gloriam  
uite eterne / honorem regni celestis : diuitias  
hereditatis sue & diuine cognitionis consortiū  
phenne largit̄ . Nā nullus rex terrenus / totius  
terre dominus . Christus aut̄ totius mūdi rex  
ē . quia oīa p̄ Chistum facta sunt . Et qā regnū  
celorum uim patitur : & uiolenti rapiunt illud  
talis uiolentia deo grata est . que neminē cōcu-  
tit . nullius damno inititur . In hanc rapinā ma-  
nus tuas mitte . que crimen nō habet / & cōfert  
salutem . Sollicitudines enim nostre carnales :  
q̄to cariores sunt : tanto plus nō discurtiant &  
fatigant . Ac proinde nūq̄ in carnalibus affectio-  
nibus ita requiescat animus ut cruciatu careat .  
dum necessitudines suas aut bonas amet : cum

amittendi metu .aut malas odit / cum admittē  
di uoto .In utroq; sustinendis miseriis semper  
obnoxius est .Cōmuta igitur in melius uitam  
tuā .ut eterno deo incipias militare / & deum  
habeas ptectorem .Sunt tamen multi qui nō  
metu penarū sed benedictionū & repromissio  
nū desiderio ueniunt ad salutem .Nihil enim  
est dignius q̄ ut homo sit auctoris imitator .&  
secundū proprie facultatis diuini sit operis exe  
cutor .Nam qui edere uult nucleum / oportet  
ut frangat nucem .Alias enī rectius fuerat :ho  
minē subisse coniugium / & ambulasse per pla  
na :q̄ ad altiora tendentem :improfundum in  
fernī cadere .

De adulazione & detractione uitandis . & pi  
culis huius uite .

n      On credas laudatoribus tuis . imo irri  
soribus aurem nō libenter accōmodes .  
Omnis falsa predicatio sectatur lucra : & glori  
am querit humanā: ut per gloriam naſcantur  
compendia . Laudent te esurientiū uiscera . nō  
ruſtantium opulenta cōuiuia . Addulator qp̄  
pe blandus inimicus ē . Naturali ducimur ma  
lo :ſi adulatoribus nostris libenter fauemus .

Quāq̄ nos respondeamus indignos & calidos  
rubor ora pfundat . tamē ad laudem summā in  
trinsecus letatur aīa . Sed ueritas angulos non  
amat . nec querit susurrones . Laus quippe iu  
stos cruciat / iniquos exaltat s̄z iustos dū cruci  
at purgat iniquos dum letificat reprobos mō  
strat . Nulli detrahat . nec in eo te sanctū putas  
si ceteros lateres . Accusamus sepe qd' facimus  
& contra nos metīpos diserti in nostra uitia in  
uehimur muti de eloquētibus iudicantes . Nū  
q̄ ego huiuscemodi homībus appliceris . ne de  
clines cor tuum in uerba malitie / & audias . Se  
dens aduersus fratrem tuū loquebaris . & ad  
uersus filium matris tue ponebas scandalum  
Et aptius in ecclesiasticē . Sicut mordet serpens  
i silentio . sic qui fratri suo in occulto detrahit .  
Sed dicis . Ip̄e . nō detraho . sed aliis loquētibus  
quid facere possim̄ Ad excusandas excusatio  
nes i peccatis ista pretēdimus . Christus arte  
nō illuditur . Nequaq̄ mea . sed Ap̄lī ſntia est .  
Nolite errare : deus nō irridetur . ille in corde  
nos uidemus in fatie . Salomō loquitur in pro  
uerbiis . Ventus aquilo dissipat nubes . & uult<sup>2</sup>  
tristis linguas detrahentium . Sicut enim sagit  
ta . si mittatur contra duram materiam / nōnū

quam in mitentē reuertitur / & uulnerat  
uulnerātem .iuxta illud .Facti sunt mihi in ar-  
cum parū .& alibi .Qui mittit ī altum lapidē  
recidit in caput eius .Ita detractor cū tristem ui-  
derit fatiem audientis .imo ne audientis qui  
dem / sed obturantis aures suas / ne audiat  
iuditium sanguinis .illico conticescit .pallet uul-  
tus .herent labia .saliua siccatur .Vnde idē uir  
sapiens / cū detractoribus inquit / nō cōmiscea-  
ris .quoniā repēte ueniet p̄ditio eorum . & rui-  
nā utriusq; quis nouitur .tam .s. eius qui loq-  
tur / quā illius qui audi loquētem .Et Thimo-  
theo dicitur / aduersus p̄sbiterū accusationem  
cito ne receperis .peccantem autē coram omni-  
bus argue / ut ceteri metū habeant .Non est fa-  
cile de pfecta etate credēdum .quā & uita prete-  
rita defendit .& honorat uocabulū dignitatis .Si  
me igitur uis corrigi delinquētem / aperte icre-  
pa .tantum ne occule me mordeas .Corripet  
me iustus in misericordia & increpabit me ole-  
um aut̄ peccatoris nō pinguet caput meū .Nā  
īcompatione duorū malorum leuius malū est.  
apte peccare / q̄ simulare & fingere sanctitatem  
Quid uulneribus tuis p̄dest / si & ego fuerō  
uulneratus An solatiū pcussi ē / amicū secū

uidere moriētem? Quid enim mihi pdest / si  
aliis mala mea referas : si me nesciēte peccatis  
meis / imo detractionibus tuis aliū uulneres :  
qī nulli alteri dixeris : Hoc est nō me emēda  
re / sed uitio tuo satisfacere . Precepit enī domi  
nus peccantes ī nos argui debere secreto / uel  
adhibito teste . & si audire noluerint / referri ad  
eccl̄iam . habētesq; ī malū ptinaces . quasi Eth  
nicoſ & publicanoſ . Nā ingenia liberaliter edu  
cata facilius uerecūdia / q̄ metus supat & quos  
tormēta nō uicūt : iterdū uicit pudor . licet mul  
to melius ē timore pena & emēdare peccata : q̄  
spe pſperorū diuine subiacere ſntie . Qui enī  
nō ſenferit deū p̄ beneficia . ſentiat p̄ ſupplitia .  
Ceterū grāde peccatum ē odiſſe corripiēte : ma  
xie ſi te nō odio : fz amore corripiat . Cōtra nos  
aūt omīs cōſonat chorus & latrāt uniuersa ſub  
ſellia : iungūtur nostri ordīs q̄ & rodūtur & ro  
dunt . aduersus nos loquaces : pro ſe muti . qī  
iipi aliud ſint q̄ monachi : & non qcquidī mena  
chos dicitur redūdet ī olericos . q̄ patres ſunt  
monachorum . Detrimētum pecoris . pastoris  
ignominia eſt . Sicut regione illius monachi : ui  
ta laudanda eſt q̄ uenerationi habet ſacerdotes  
Christi . & nō detrahit gradui : p̄ quē factus ē

Christianus . Nam quado & inimicis p̄bemus  
 bñficia iþorum malitiā boītate nostra supam⁹  
 & molimus duritiem : & iratū animū ad beni  
 uolētiā flectimus . Sed nec ille absq; iuidie ī  
 festatione esse potuit / qui soli deo placere ge  
 stierit . In iuidia enī nō tam humanas amicitias  
 q̄ solam iustitiam p̄sequitur . Qui inuidus ē  
 aliena felicitate torquet . qm̄ uirtus semp inui  
 die patet . Difficile quoq; euadit obprobria : cui  
 ē amica iustitia . Imo si quis pie uiuere uolue  
 rit : iniqui protinus irrisione blasphemāt . Hec  
 quoq; consuetudo est detrahentis : ut malum  
 suū semper uelit negando geminare . & dicere  
 se aut nō fecisse quod fecit . aut bono opatum  
 esse zelo . Nimirum ergo : si cōtra me paruum  
 homūculū imundi sues gruuiant : & pedibus  
 margaritas conculcēt . meq; procul ab urbibus  
 foro litibus turbisq; remotum : sicq; latentem  
 repperit iuidia . Tantū enī me diligūt heretici :  
 quod sine me esse non possūt . Omittā p̄sonas  
 Rebus tñ & criminibus ē respondēdū . Nil ca  
 use p̄dest maledicētibus maledicere : & aduer  
 sarios taliōe mordere . cum p̄ceptum sit malū p̄  
 malo nō redi . ùde nō de aduersario uictoriā :

sed contra mēdatiū querimus ueritatem . Sed  
nec timeamus odia subire quorūdam . nō enim  
debemus hoībus sed deo . At scitote me nūq; he  
reticis pep̄cisse , sed oī studio peḡisse : ut hostes  
ecclesie mei fierent hostes . Vnde meā iniuriā  
patiēter tulli . ipietatem contra deū ferre nō po  
tui . Latrāt canes pro dominis suis . & tu me nō  
uis latrare p̄ Christo : Sed falsus rumor cito  
opprimitur . & uita posterior iudicat de priore  
Fieri qdem nō pōt ut absq; morsu hominū : ui  
te huius curricula quis p̄trāseat . Malorū enī so  
latium ē : bonos carpere . dū peccatiū multitu  
dine: putāt culpam minui peccator̄ . Sed tamē  
cito ignis stipule conquiescit . & exundās flam  
ma deficientibus nutrimētis: paulatī emoritur  
Nā si anno p̄terito fama mentita est . aut si cer  
te uēr̄ dixit . cesset uitiū . cessabit & rumor . Pri  
ma nāq; uirtus monachi ē cōtemnere hominū  
uitia . Igitur nō timeo hominū iudiciū hiturus  
iudicem meū . Cupiunt enim uicini : non suā  
s; alienā discutere uitā . S; q; amicus est : et pra  
ua recta iudicat . Inuenti enī sunt scioli tantū ad  
detrahēdum . qui eo se doctos ostentare uelit .  
si cunctor̄ uitā lacerēt . Sed nihil deo clausū ē .

& tenebre lucent apud deum. Fuge tam & tu  
in qbus potest male cōuersationis esse suspicio  
Nec paratum habeas illud sufficit mihi consciē  
tia mea .nō curo quid de me loquātur homīes  
Et certe Apostolus p̄uidēbat bona nō solū co  
ram deo /sed etiam coram homībus .ne p̄ illū  
nomen dei blasphemaretur in gentib⁹. Nec  
uolebat se iudicari ab infideli consciētia . Si scā  
dalizat inquit esca fratrem in eternum carnes  
nō manducabo. Tolle igitur occasionem uolē  
tibus occasionem .Nam castigare uidetur aliū  
si quis ab eius cōuersatiōe dissentit .Sic & nos  
in ista p̄uīcia edificato Monasterio & diuerso  
rio p̄pe structo ne forte & modo Ioseph cum  
maria Bethleē ueniens nō iueniat hospitium.  
Tantis de toto orbe confluētibus turbis obrui  
mur monachorum /ut nec ceptum opus dese  
rere /nec supra uires ferre ualeamus . Vnde  
quia pene nobis illud de Enangelio contigit :  
ut future turris non ante computaremus ipen  
fas / compulsi sumus fratrem Paulianum ad  
patriam mittere / & semiruptas uillulas que  
Barbarorum manus effugerunt & pentum  
comunium cineres uēderet .ne ceptū sanctor⁹

ministeriū deferentes .risum maledicis & emul  
lis p̄beamus .Vnde om̄ia plena piculis .omnia  
plena sunt laqueis .Incitant cupiditates .insidiā  
tur illeceb̄e .blādiūt̄ur lucra .damna deterrēt̄.  
Amare sunt obloquētium lingue : nec semper  
ueracia sunt ora laudatiū .Inde seuit odiū hinc  
decipit offitium .Et facilius est : uitare discordē  
q̄ declinare fallatē .Silua succrescit : ut postea  
recidatur .Ideo ager seritur : ut metatur .lā ple  
nus ē orbis .terra nos nō capit .Quotidianē bel  
laſecant .morbi subtrahūt .naufragia absorbēt̄  
& nihilominus detrahimus & ligamus .Vides  
quoq; in ecclesia imperitissimos quoſq; flore .  
& quia nutrierūt frontibus audatiam & uolu  
bilitatem lingue consecuti sunt : dum nō recogni  
tant : quid loquantur : prudentes se & eruditos  
arbitrātur maxime si uulgi fauorem habuerit  
qui magis dictis leuioribus commouentur .Et  
ecōtrario : uides eruditum uirū latere in obscu  
ro & p̄secutiones pati .& nō solum in populo  
gratiam nō habere , sed in opia & egestate tabe  
scere .Hec autem fiunt : quia nō est in p̄ni me  
ritorum retributio .sed in futuro .

De iuramento & uindicta & meditatio & stu  
tiloquio phibendis.

d Ixisti enim / ni fallor / iure te mala malis  
reddere / & cū iurātibus iurare debere .  
qa aliquādo iurauit dñs / aut mala malis resti  
tuit . Scio primū non omīa nobis cōuenire ser  
uis . que domīno conueniunt . ne in compatio  
ne famulorum domini uideatur iniuria . Alio  
quin forsitan reclamare īcipimus . cur nō euir  
ginibus / sed de aliis mulieribus generamur ?  
aut cur mortui nostri die tertia nō resurgunt ?  
Iurauit scio sepe dominus qui nos iurare pro  
hibuit . Nec statim ex hoc temere blasphemare  
debemus quod alios uetuerit . quod dominus  
ip̄e fatiebat . quia dici nobis pōt . iurauit domi  
nus . quasi dñs . quem iurare nemo phibeat .  
Nobis quasi seruis iurare nō licet . q̄ domini  
nostri lege iurare uetamur . Verum ne ī eius  
exemplo scandalum patiamur . ex quo tem  
pore nos iurare noluit . nec ip̄e iurauit . Et  
qualiter de iuramenti causa breui sermone fa  
tisfactum est . Ita etiam ad uindictę negoti  
um / hunc eundem sensum facile p̄spicis pos  
se sufficere . Q̄ uia aliud est nūc tempus gratie ī  
quo plenitudo p̄fectiois adueit . aliud fuit legis

aliud prophetarum dicente domino . Audistis  
quia dictum est antiquis ne occiderent . Ego autem  
perfectora precipio . que in ordine Euangelii di-  
gesta suo loco lector inueniet . Ex quo enim fi-  
lius dei filius hominis factus est . ex quo uetus  
fermentum Iudaice traditionis est factum no-  
ua conspersio . ex quo agnus non in figura . sed  
in ueritate comeditur ex quo secundum Aposto-  
lum uetera transierunt & facta sunt omnia noua . ex  
quo iussum est imaginem terreni hominis deponere .  
& assumere formam celestis . ex quo cum mortui  
uiuimus ex eo uirtutibus consurreximus in  
Christo Iurare ergo non discas . metiri sacrilegi-  
um putas . Ammonedi itaque sunt oes : ut diligenter  
caueat piuriū : non solū in altari : seu sanctorum  
reliquiis . sed etiam in coī loquella . Omne enim  
quod non edificat audientes . in piculum loqueti  
um uertitur . Veritas quidem claudi & ligari  
potest . uinci non potest . que & suorum paucitate con-  
tenta est . & multitudine hostium non terretur .  
Possunt tamen homines : quis iusti aliqua simula-  
clare per tempore ob suā aliorūque salutē . Cōside-  
remus ergo quid loquamur . quia pro omnibus uer-  
bo otioso reddituri sumus rationem in die iudicii .

rationem in die iudicii . Verbum quidē otiosū  
 est quod sine utilitate dicentis & audiētis pfer-  
 tur . Stultiloquium autem extimo nō illorū tā-  
 tum qui aliqua turpia narrāt ut risum moueāt  
 & fatuitate simulata magis illudant illis / quib⁹  
 placere desiderant : sed etiam illorum / qui sa-  
 pientes seculi putantur . & de rebus phisicis dis-  
 putantes dicunt se harenas littorum gutras oc-  
 ceani / & celorum spatium / terreq; punctū liq-  
 do comprehendisse .

De patientia et reconciliatione ac mortuis nō  
 lugendis .

h Vnc iam nobis de patientia / & eius bo-  
 nū loquēdū est . Est igitur patientia oī  
 um iniuriarum & passionum tollerantia . & ex-  
 pectationū oīum sine precitatione sufferentia ,  
 quam si quis intellexerit & habuerit contraria  
 uite grauiā baiulat / bona omnia cōtinet . Soro-  
 rem hēt spem . & affines eius sunt res bone om-  
 nes . Patitur enim libenter quia sperat . & sperā-  
 da tollerat . Impatienter enī fertur / quod non  
 spatur . Oī aūt uirtute patiētia p̄fert . qd' spe p̄  
 eūte dinoſcit . aūt si ſpes fruct⁹ patiētie ſubſeq̄t .

Hac matre gaudet fide . gubernaculum ha  
hēt deum . conciam . genus . & p̄pinq̄itatem  
Inde gloriosi dei testes efficiuntur : dum fide  
pleni : dum dei timore solliciti : dum cōtinente  
discipuli . dum filii spei duce sapientia repiunt̄  
deinde choeredes Christi . dū illū usq; ad mor  
tem patientie uirtutibus imitantur . Vnde tu  
passus iniuriam taceas iram uince patientia.  
Sāctus enim amor i patientiam nō habet . Mā  
suetudo namq; nulla passione turbatur . & spe  
tialiter ira & furore nō rumpitur . quā qui hūe  
rit beatitudinem cōsequetur : dñi uoce p̄missā  
ut terram possideat . i. impet : & dominet̄ cor  
pori suo . Nulla enim res ita inebriat . ut animi  
turbatio . Est tristitia que ducit ad mortem . &  
hec abhomināda tristitia ē . Est quidē ira : que  
iustitiam dei nō opatur . & furori p̄xima men  
tis sue impetem facit , in tantū ut labia tremāt  
dentes concrepent . uultus quoq; pallore mu  
terur . Animi uero leticia interdū dolores cor  
poris mitigat . Quid si ad egrotationem corpo  
ris accedat egritudo animi dupplicatur infirmi  
tas . Dicit quoq; Apostolus : sol nō occidat su  
p̄ iracūdiam nostram . Quid agemus in die iu  
ditii . super quoq; ira nō unius diei . sed tantoq;

i uolatilibus nō apparuit nisi i columba ppter  
 simplicitatem ,in quadrupedibus i oue / pp mā  
 suetudinem . Illud quoq; tibi uitandū est cau  
 tius ne uaneglie ardore capiaris . Cū facis heli  
 molinam / deus solus uideat / cū ieiuinas / leta  
 sit faties tua . Nec ad te obuia ptereuntiū tur  
 ba consistat ut digito demonstreris . Nec satis  
 religiosus uelis uideri . & ne plus humilis q; ne  
 cessē est . nec gloriam fugiēdo queras Plures  
 enim paupertatis misericordie ac ieunii arbitres  
 declinantes / in hoc ipso placere cupiūt . qd' pla  
 cere contēnunt . Et mirū in modū / laus dum  
 uitatur appetitur . Ceteris pturbationibus qui  
 bus mēs hominis gaudet & egredit . sperat &  
 metuit , plures inuenio extraneos . hoc uitio pa  
 uici admodū sunt qui caruerūt . Igitur nō que  
 ras gloriam . & cum ingloriosus fueris non do  
 lebis . Qui enim uerba increpātis humiliiter re  
 cipit / iam ppter quā ueniam habet reatus / qnē  
 gessit . Grauius est enim pficere malū / q; face  
 re . Non ē tante uirtutis / ab aliis factam iniuri  
 am sustinere . q; gratie domini est : placidū : mi  
 tē : ac tranquillū : iniuriam facere non posse .  
 Nec uero te moneo / ne de delitiis glorieris .  
 ne de generis nobilitate te iactes , nec te ceteris

p̄feras . Scio humilitatem tuam : scitote ex affe-  
ctu dicere . Domine nō ē exaltatum cor meu;   
neq; elatisunt oculi mei . Stultissimū quippe ē  
docere quod nouerit ille quē doceas . Vox ex i-  
dustria quasi confecta ieuniis / tenuis non sit  
& defitiens . Sunt quippe nōnulli exterminā-  
tes faties suas ut appareant homībus ieunian-  
tes . qui statim ut aliquem uiderit ingemiscūt .  
dimitūt supcilium . & operta fatie uix unum  
oculum librāt ad uidendum . Vestis pulla . Ci-  
gulum sacceum : & sordidis manibus pedibus  
que . uenter solus / q̄a uideri nō potest / estuat  
cibo . His quotidianus psalmus ille cantat̄ . Deus  
discipauit osla hominum / si placentium . Tri-  
stitiam simulāt . & quasi longa ieunia furtiuis  
noctium cibis p̄trahunt . Pudet reliqua dicerē  
ne uidear iuehi potius q̄ monere . Omia hec ar-  
gumēta sunt Diaboli . Imitare igitur eum po-  
tius : cuius pallor ex ieuniis & helimosine i pa-  
uperes . obsequium i seruos dei . humilitas cor-  
dis & uestium : ac in cūctis sermo moderatus .  
Trade quoq; te illi cuius sermo & habitus &  
incessus doctrina uirtutum est . Non coturna-  
tam affectes eloquentiam : nec more puerorū  
argutas sententiolas in clausulis strues . Hec p̄

teriēs tetigi .ut eruditis ostētus auribus / nō mago  
ope cures / quod īperitorū de īgenio tuo ru  
musculi iactitent .sed pphetarum quottidie me  
dulas bibas .Quod si patricii generis īter mo  
nachos esse cepisti .nō sit tibi timoris .sed huī  
litatis occasio .ut imiteris filium homīs / qui nō  
uenit ministrari / sed ministrare .Nam quāto  
humilior / tanto sublimior es .Lucet magarita  
īn fōrdibūs .Quantūcunq; enim te deieceris  
humilior / xpo nō eris .Ideo q;q mihi multorū  
sīm consci⁹ peccatorum .& quottidie in orōni  
bus flexis genībus loquar .Delicta iuuentutis  
mee ne memineris .Tamē sciens dictū ab Apo  
stolo .ne inflatus supbia incidat in iuditiū Dia  
boli .Et alio loco scriptum est .Superbis deus  
resistit .humilibus autem dat gratiā .Nihil ita a  
pueritia uitare conatus sum / quā tumentem  
animum & erectā ceruicem dei / contra se odia  
prouocātem .Noui enim magistrum dominū  
& deum meum in carnis humilitate dixisse .  
Discite a me quia mitis sum & humiliis corde  
Et ante per os Dauid cecinisse Memēto domi  
ne dauit / & oīs māsuetudinis eius .Et in alio lo  
co legimus .Ante gloriam humiliatur cor uiri  
& ante ruinam eleuatur .Nihil enim ut crebro

diximus tam periculosem est q̄ glorie cupidi  
tas & iactantia & tumens animus conscientia vir  
tum . Idcirco plus ē animū deposuisse q̄ cultu<sup>z</sup>  
Difficilius arrogantia / q̄ auro caremus & gē  
mis . Nihil itaq; prodest uile paliolum . furua  
tunica . corporis illuuius . simulata paupertas . si  
nomis dignitatem operibus destruas . si inter  
sordes & inopias peccata non caueas . Fidele  
namq; testimoniū est / si non habet causas me  
tuendi . Cui enim plus creditur plus ab eo exi  
gitur . Potentes potenter tormenta patienter  
Nec sibi quisquam de corporis tantūmodo ca  
stitate supplaudat : cum etiam cōuīciū in fra  
trem homicidii sit reatus . Cadit quidem mun  
dus . & cervis erecta nō flectitur , Pereunt di  
uiuitie . & nequaquā cessat auaritia . Congre  
gare q̄ multa festinant . que rursus ab aliis oc  
cupentur .

De humilitate Christi quā Imitari debemus.

c Hristus baptizatur a seruo . & a deo fili  
us appellatur . Inter publicanos meretri  
ces & peccatores ad lauacrum ueit . & sanctior  
est baptista suo . Qui de celo uenit in uterum  
de utero in presepe . de presepe in crucem . de

cruce i sepulchrum .de sepulchro ad inferos .  
de inferis uictor remeauit ad celos .Imitemur  
ergo saluatorē nostrum .quia ipē mitis & humi  
lis pastor .agnus & aries appellatur , q pro no  
bis īmolatus est .qui ab Isaac cornibus tenetur  
īsentibus .ex quo nil hac humilitate sublimi⁹  
Qui bethleem in hoc paruo foramine / celorū  
conditor natus est .Hic inuolus pannis , hic ui  
sus a pastoribus .hic monstratus a stella , hīci  
adoratus amagis .In baptismo xpī humilitas :  
nostra sublimitas .illius crux / nostra uictoria  
illius patibulum/noster triumphus est .Cum  
igitur lauacrum & crucis signū in frōtibus De  
mon inspexerit contremiscit .Qui aurea Capi  
tolia nō timent .crucem timent .q cōtemnūt sce  
ptrā regalia & dapeſ Christianoruꝝ & purpu  
ras Cesarum .sordes tamē & ieiunia p̄tīmescūt  
Iubet enī Christus ne quis discipuloruꝝ dicat .  
quod ipē est Christus .Mira ratio .nō uult pre  
dicari / qui gaudet intelligi .agnosci amat & odit  
ostendi .magis uult se inuentum esse q̄ pditū .  
ut uirtus sua illum .nō fauor manifestaret alie  
nus .Que autem maior potest esse clementia  
q̄ ut filius dei homīs filius nasceretur : decem  
mensiuꝝ fastidia sustineret : partus expectaret

inuolueretur pannis : subiceretur parentibus  
per singulos adoleret etates : & post contume-  
lias uocum alapas & flagella / crucis quoq; pro  
nobis fieret maledictum : ut nos amaledicto le-  
gis absoluueret : patri factus obediens usq; ad  
mortem . ut id opere cōpleret / quod ante ex p-  
sona mediatoris fuerat depcatus . dicens . Pater  
uolo / ut quomodo ego & tu unū sumus . ita  
& iſti nobis unum ſint . Ergo quia ad hoc uene-  
rat . ut quod erat impossibile legi . quia nemo  
iustificabitur in eſtabili misericordia uiñceret .  
publicanos & peccatores ad penitentiā pucca-  
bat . Vnde nouum & mirabile eſt apud nos .  
Deus ſolus petens ſe amat . ſolus iraſcitur niſi  
petatur . Illo enim tempore quo ſupplicia me-  
rebamur / deus argumentum faluationis oſte-  
dit . ut intelligere poſſemus / quātum ualeret  
preſtare non Iefuſus . qui tantum donaret irat? .  
A memus & nos Christum . & eius queram?  
amplexus . & facile uidebitur eſſe omne diſſi-  
le . breuiā putabimus uniuersa / que longa ſunt .  
Quodq; beata dei dei genitrix a filio ſuo nō di-  
citat celos fabricare / angelos creare . mira dei  
tatis inſignia operari . ſed tantum humiliari . ce-  
terarumq; uirtutum documenta itra humilita-

tis custodiam aggregare.

De iustitia.

s Ed iam de iustitia differamus. q̄ est singularum rerū & p̄sonarum equissima distributio quam quis obtinens . & cui adhērens uitam suam disposite /& sine turbatione conseruat . Custodit in omnibus equitatem . scit quid debeat . qd sanctis & coequalibus reddat quid nō deneget p̄totibus seculi . quid sibi retineat . quid proximo competit . quid alienis concedat / aut cōgruit . Iustum est enī deum colere & diligere ex toto corde & ex tota anima & ex tota uirtute . sanctos & coequales honorare tributa impendere p̄totibus . superbū nō esse sed magis mitē et humilem pximos tam q̄ se diligere . alienos & inimicos non persequi odio / sed amare . subiectum esse prioribus uel etate maioribus . Quia & dominus cum esset omnium dominus a Iohanne / qui maior est ī natis mulierum . quia prior ab illo in natuitate hominū erat . baptizatur . & sic ad impleri omnē iustitiam protestatur . Ex hac misericordia nascitur obsequium deificum generatur . In his omnibus quisquis inuenitur / non ī merito in Christo dicitur permanere . quoniā hec

omia īpe Christus est .Paulus nos glorioſus  
informat & instruit de Christo dicēt Qui ē no-  
bis adeo iuſtitia & ſanctificatio & redemptio .  
Item alio loco .Qui ē misericordia & pax & di-  
lectio .quā greci agapen uocant .Iniquus enīz  
ſi ſequatur iuſtitiam / negat iniuitatē .Stultus  
ſi cōfiteatur dei ſapienſiā / negat ſtultiā .Q d  
qz ſapienſia .fortitudo .tempantia .& caſtitas .ſo-  
lum prodeſt habentibus .iuſtitia uero aliis etiā  
miferis prodeſt .que patrem uel fratrem non  
nouit / ed nouit ueritatem .pſonam nō accepit  
ſed deū imitatur Discite ergo benefacere .Vir-  
tus enim diſcenda ē .Nec nature tantū bonuꝝ  
ſufficit ad iuſtitiam / niſi quis erudiatur cōgru-  
is diſciplinis .Diſcenda ergo iuſtia & magiſtro-  
rū ſapienſie terenda ſunt limina .Secularis aut̄  
iudex / acceptis muñeribus cōdemnat iſonteꝝ  
& rerum liberat .quod interdum de ecclie pri-  
cipibus dici pōt .quod ppter munera lacerent  
legem / & nō pducant iuditium ad finem .

### De Fide ſpe & timore .

e St autē fides / ut iquit Ap̄lus .Subſtātia  
reꝝ quas ſperamus .& iudex reꝝ quas  
non uidemus .Credere & fidere quis debet .

qd' deus ea que promisit / potens ē / & adiplere  
& spem suam in futurum transferre . & tunc  
fide plena poterit ad ea que promissa sunt facil  
lime puenire . Nec uobis inuisibilia ante ocu  
los poit : Ad hāc īgressi & Diaboli & pōtatū h<sup>o</sup>  
mūdi / et harum tenebrarū uniuersa discernim<sup>o</sup>  
deo cum fidutia pximamus . Credere enīz et  
sperare neceſſe ē que deus iussit . et que Diabo  
lus referuerat abnegamus . Fidem spes sequit  
Itaq; de ipa loquamur . Est igitur spes expecta  
tiorerum omnium futurarum . qua saluamur  
Paulo scribente Apostolo . spe enim saluati su  
mus . Spes autem que uidetur / non ē spes .  
Quis autem sperat quod uidetur ? Si autem  
quod non uidemus speramus p patientiam ex  
pectamus . hec in se habet timore . non illum di  
co / cuius obliuisci / et quem foras debet mitte  
re / quisquis in fide uiuit . sed qui unus ē de spi  
ritibus / quibus repletur . Iesus . Sicut ifaias te  
statur . Exiit uirgam de radice Iesse . et flos de  
radice eius ascendet . et requiescat super  
eum spiritus sapientie et intellectus . spiri  
tus consilii et fortitudinis . spiritus scientie et  
pietatis / et replete eum spiritus timoris dñi .

Illud spiritum quē David canit dicens , Time  
te dominum iusti eius . Vnde & beati effitiun  
tur eodem protestante & dicente . Beatus uir  
qui timet dominum . Illum dicit timorē / qui ca  
stus est & pudicus / quoniā timor dñi castus ī  
quit David / permanet in seculū seculi . Ergo  
triplex ē timor / unius appetendus / & aliis fu  
giendus . Est igitur timor appetendus / amoni  
tio et custodia rerum omniū / quas credimus  
aut speramus . et metuamus illum / quia fortē  
iudicē credimus . Vera nāq; uita ē:deū nosse:ti  
mere eius potētiā . amare pietatē . Timor nāq;  
uirtutū ē custos . securitas ad lapsū facilis . Si pa  
uorē hūeris sollicitus eris . et si sollicitus fueris  
leo ī caulas oīu; tuarū itrare nō poterit . Q d'ad  
ppositos eccl'ia& uel ad aie custodiā ptinet . qui  
caut⁹ ē et timidus : pōt ad tps uitare peccata . qui  
securus ē de iustitia repugnat deo . illius auxi  
lio destitutus : iſidiis hostiū patet . Nūq; tuta est  
humana fragilitas . et qto uirtutibus crescimus  
tanto magis timere debemus : ne de sublimib⁹  
corruamus . Si iuxta ecclesiastē radix sapiētie  
ē timere deū . fructus sapientie quis ē nisi uide  
re deum ? Bonū autem diligit . qui nō iuitus :  
aut necessitate : aut legum metu facit bonum :

sed idcirco quia bonum est , & ut mercedē bo ni operis habeat.

### De Caritate & pace.

a D caritatem nūc translītūm fatiamus. qā omībus maior est . Inter cetera sic fatet̄ Paulus . Manent autem tria hec / fides / spes / dilectio / sed maior his dilectio ē . Est ergo dilectio uinculum animor̄ . casta sincera & sine emulatione . Caritas / consumatio oīum māndatorum . breuis omnīum peccatori quā quis cū habuerit omīa habet . sine hac in aliis remanet ī perfectus . Et ut cognoscat nostra prudentia : q̄tum caritas ualeat . Legimus responsum domini in euangelio dicentis . quicum interroga retur sic ait . Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo . & ex tota anima tua . & ex tota uirtute tua . & diliges proximū tuum tamq̄ te . In his duobus p̄ceptis tota lex pendet & p̄phete . Vides ī hac sola / uniuersa legis cauta p̄dere . Vere quisquis hāc hēt / iam deus & dei filius dici pōt . Ex hac sola deo poterit similis esse . Considera . Qui dñm diligit / nūquid sp̄at ? nunq̄d timet ? nūquid fidit Nō Sed tantum diligit . Deus inquit Paulus cū dilexisset mūdū / misit unicū filium suū in similitudinē carnis peccati .

ut de peccato condemnaret peccatum ī carne.  
Qui pponit eam nobis rebus omībus dicens  
Et si locutus fuero linguis hominū & angelorū  
caritatem nō habeam / factus sum eramētum  
tūniens aut cimbalum concrepans. Et si habue  
ro pphetiam / & cognouero omnia misteria &  
omnē scientiam / & si habuero fidem / ita ut mō  
tes transferā . & si distribuero omnia mea in ci  
bos paupum . & si tradidero corpus meum ita  
ut ardeam . caritatem autē non habeam . nihil  
sum . Caritas magnamina ē . Caritas beuigna ē  
Caritas nō emulatur . non inflatur . nō agit p  
peram . non irritatur . nō confundit . nō querit  
que sua sunt . nō cogitat malum . nō gaudet su  
per iniustiam . gaudet autem ueritati . omnia  
fusinet oīa credit . omnia sperat . Caritas nunq  
excidit . Nihil enī amātibus durū ē . Nullus ē  
difficilis cupientibus labor . Solus tñ ille amor  
labor p̄babilis est . qui deo & uirtutibus anime  
coaptatur . Nihil ē enim quod nō tolleret / qui  
pfecte dilligit . Qui autem clemētiā non habet  
nec induitus ē uiscera misericordie & lacrimarū  
quis spiritualis sit / non ad impleuit legem xpi  
Vnde legitur qđ beatus Iohānes euāgelista cū  
Ephesi senex uix iter disciploꝝ manꝝ deferret

nihil aliud p singulas solebat proferre collectas  
nisi filioli diligite alterutrum. Discipulus autē  
petētibus / quare semper id diceret / respondit  
Quia preceptum domini est . & si fiat solum  
sufficit . Sed & obsecro te . ne amicum / qui diu  
queritur . uix inuenietur . difficile seruatur .  
pariter cum oculis mens amittat . nam amicitia  
que desinere potest / nūquā uera fuit . Vera  
namq; amicitia / nullo liuore soltiata / in quan-  
to augetur numero / tanto crescit & robore .  
Declina igitur a malo & fac bonū . quere pace;  
& persequere eam . Nisi oderimus malum / bo-  
rā . Q uidā a nativitate cecus in īpo sepulture

112

sue die uidendi bñfitium corpus tangens sanctum obtinuit.

Miraculum de quodam muto & surdo.

q Vidā ēt iuueni surdo & muto sanctissimū corpus deosculati soluto auris & lingue ligamine & loquēdi & audiendi ē concessa gratia. Et certe dignū erat ut q tecitatis uere lucis q̄ xp̄us ē tenebris obcecatos / suis sanctissimis doctrinis & exemplis illuminauerat / surdis quoq; & mutis ī diuinis opibus uerā exercuerat medelam ut diuina itelligerent documenta & catholice fidei cōfiterētur rōnes quas spernebant in die sui obitus glorioſi / & cecis lumē triueret corporale / & surdis ac mutis cōcederet sanitatē .

Miraculum de multis demoniacis liberatis.

q Vāplurimi ut asserūt qui uidebat & a ne phandis spiritibus obūbrati in loco quo sanctū corpus quiescit clamātibus diris uocib; demonibus sancte Hyeronime cur nos tam ī sequeris? tu nostrū semp flagellum fuisti & uiuus & nūc mortuus sunt mirabiliter liberati .

Miraculū de quodā heretico.

h Eretichus quidā dū predicm̄ btm̄ Hyeronimū blasphemaret / & eids fore dignu;

corpus icēdio diceret ultioē diuina ad aliorū he  
 reticorū formidieō i ligni spēz ē mutatus & subi  
 to cūctis q̄ aderāt uidētibus ignis celitus eū iua  
 sit / ac eū taliter cōbusit / q̄ totus icinerē ē cōuer  
 sus. Ad hoc magna hereticorū multitudo cū tā  
 tam sue scītatis aduerterent expiētiā ad ueritatē  
 sacre fidei tātis & tot aptis signorū indicis tanq̄  
 quibusdā clamātib⁹ p̄conibus uocarētur & ad  
 iōpius sacratissime & intemerate fidei lumē red  
 dierūt. Quid plura dicam⁹ certe i generationē  
 & generationē uix ānūciarem que p̄ illū de⁹ oī  
 dere uoluit / ut magnificaret eū & colēdum exi  
 beret uniuersis. Quā magnus certe est iste fa  
 tiens tot mirabilia / cui certe nō ē similis secūdū  
 opa sua magna ac magnalia de hoc p̄ mūdum  
 resonent uniuerlum. Sin ḡlosī exiliat triūphi  
 fama i oēz terram & ad extrema terrarū spacia  
 rutilēt sua lucida signa. Iam tātorū miraculum  
 multitudie corroboret itemerata fides. Quod  
 enī ifirmis i integrū sanitatē cōcesserit p̄optatā  
 enumerare cederet in īmensū. Et t̄ps & uita &  
 oīs huāns deficeret sensus si uellet oīa īdicare  
 que opatus ē i diebus nostris que aurib⁹ audi  
 uimus nec sunt occūtata a filiis hoīnum. Leteū  
 itaq̄ totus fideliū cetus & cāticum letitie & exē

tationis deo cōcrepent alta uocē q̄ ex eis exiuit  
stella micans ī celi firmamēto / cui<sup>2</sup> fulgētes lu  
cis radii / eos dirrigūt celestē patriā adeūdam .  
Istius certe uita sacratissima ē oībus disciplina  
Mores sunt sui oīum fidelīū iīstituta . Ad sīnt  
hodie sancte matri ecclesie & p̄tāti recessu filii  
pie lacrime & p̄tāta eius gloria īextimabile gau  
diū . Liceat ergo instar pie matris ei pias lamē  
tationes impēdere cū tanto se cernit priuatam fi  
lio / uiduatā uiro / destitutā pugile & capitaneo  
īcīsam palmite quē in agro fidei plātauit & col  
luit . Nō mihi queso iīputetur filio tanto orbato  
patre si p̄dolore damni tā īextimabilis ea refe  
ram q̄ nō decet . Sepe nāq; nimia cordis habū  
dantia plura homo loq̄ q̄ nō uellet . Quid heu  
reuerēdissimi patres & dñi nūc uobis referam̄  
Circūquaq; p̄spitiēdo pgens / ut si forte meū  
quē dira mors abstulit patrē Hyeronimū iueī  
rem & nō iuenio quē dilligit aīa mea cui<sup>2</sup> amo  
re langueo . Tedet aīam meā uite mee : qm̄ ab  
lata ē a me uita mea ut excusus suz sicut locusta  
& exaruit uirtus mea & lumē oculor̄ meorū  
extinctū ē . Quale erit amplius mihi gaudiū in  
mundo cum lumē meū uidere nō possum̄  
Obscuratus ē enī sol meus & luna non stat in

ordine suo . Ouis cum lupis quid latiet pasto  
ris priuata munimine ? Quomodo uiget arbor  
radice detruēcata ? Quid heu dira fecisti mors  
Cur patrē recipiēs filium tā mendicū & oībus  
bonis exulem dimisiſti ? O mors crudelis nō  
illi sed mihi & pene toti ecclesie quē ſubripuisti  
athletā : cur nō diſtuliſti eū recipere ? Quare aliq  
tulum nō auertiſti fatiē tuā ab eo ? Scis quid fe  
ciſti . Nūquid non conſideraſti q̄ nō ſit in mun  
do ei ſimilis i uirtute & doctrina & ſanctitate .  
Hic certe p̄inceps pacis dux iuſtitie . doctoſ uir  
tutis & equitatis : armiger intemerate fidei con  
tra hereticos bellator fortis : cuius ſagitta nun  
quā abiit retrorſum : nec declinauit clipeus ei⁹  
in bello : & eius nūq̄ aſta eſt auerſa . Incliti chri  
ſtianorum pdebiſ flete : quoniā cecidit dux no  
ſter . Vox in rama ſonet : tanti reſeffum filii pie  
ploret ecclēſia . Iam circondabunt eā canes m̄l  
ti & conſcilium malignantium obſidebit eam  
quoniam longe factus ē ab ea auxiliator eius .  
Iam ad ſuam non aspicit defenſionem . Iam tri  
bulatio proxima eſt & non eſt qui adiuuet .  
Iam in ſepulcro latet protector ſolitus . Nō cer  
te exurget aduersus malignantes in eam . Id  
circo clama in cilitio & plantu pia mater .

iduere uiduitatis uestes tāto uiduata filio. Heu  
uaticinabūt pseuso pphete & pphetiabūt ui-  
siones mēdaces & fraudulētas diuinatiōes & se-  
dutiōes sui cordis ī nobis et certe nō erit qui re-  
sistat eis . Sicatus ē eīm fons uite et uena dispa-  
ruit aquarē uiuētiū . Sz et tu qd dices Rīme pa-  
ter Damase? Vbi quē plus q̄ te dilligebat Hye-  
ronimus? Vbi tui norma itineris : cōsiliator:do-  
ctor : et ductor quo abiit tuus? Q n̄ q̄so scribel  
ei sine tuo sum Hyeronime oscilio ueluti absci-  
sum a corpore mibrū . Scribe scribe queso ne pi-  
griteris ut si tua locorū distantia poptata careo  
uisione : saltē tua mihi adſit meōria frequēs tuis  
affiduis litteris gratiosis . Teste deo in nullo ui-  
uētium ut in te mee ſpeſirmaui anchorā . Plo-  
ra igitur plora deducāt oculi tui lacrimas p̄ diē  
et noctē qm̄ defecit áchore tue ſpei . Aruit ſcri-  
bētis manus tanq̄ flos feni iā nō erit tibi áplius  
eius memoria . Vox certe ſua dulcis et iocun-  
da / que in fideliū auribus erat mel dulcissimū  
ſiluit . Heu qualem amilisti conciliatorem et  
adiutorē certe ī multitudine cōſciliorū tuorum  
defecisti . Non erit qui panē frāgar tibi uite . Ex-  
tincta ē lucerna ī medio eccleſie micās ut non

nobis sed sibi luceat/nō mūdo sed celo splēdeat  
Quid ergo dicā: cui cōquerar. Vnde hoc mi  
hi ueiet auxiliū ut cōsoler. Certe ut itueor a do  
mino factū ē istud & imo sibi dicam: cur bone  
Iesu tam uelociter a tui spōla quā in cruce mo  
riēs despōlasti:tātum abstulisti filiū p̄tectorē  
& cōtra hostes eius belligerū.forte uoluisti eū  
tecum.Certe dñe nō ego egebas ut īp̄a.Bene q̄  
dem ei subuenisti:sed nos orphanos reliq̄sti.  
Nō cōqueror q̄ aliud q̄ iustum & equū feceris  
quoniam certe iam ip̄e merebat̄ finē īponere hu  
ius uite laboribus & tecum esse. sed doleo q̄  
tantū incurrit damnū ecclesia eo abeunte:ut  
nā eū redderes ut tuam regeret stabiliret & de  
fenderet ecclesiā uelut prius.Quid bone do  
mine eius deinceps fatiet filii iacētes exurien  
tes cireūeuntes famelici ciuitatem ut canes nō  
habentes qui eis panem fragant.Sunt oues er  
rantēs non habētes pastorem:discipuli sine do  
ctore :ceci sine ductore .Heu pater pie Hyero  
nime nostre sustētatioīs baculus ubi es: Quid  
tuus fatiet currus sine te dulcis auriga: ubi cu  
bas: Indica nobis.Cur es nunc terre socius q̄  
in te nil uoluisti fore terrenū , Bethlē Bethlē

ciuitas iuda / que nō minorē de principib⁹ ec  
clesie retines quid fecisti ? Redde nobis quē re  
tines patrem . Sed & tu terra quare audes reti  
nere homiēm nō tuū qui nil gessit terrenū nil  
carnale . certe sua redoluit caro . Suspēde & tu  
theodore tua i salicibus organa . Nō pius cesseret  
fletus cū tui dilecti Hyeronimi recordaris quē  
amisisti . Tanta deniqz insit tibi doloris affectio  
q̄ta astitit dillectio . Tanta sit lamētatio q̄tum dā  
nū . Sed que posset mortaliū explicare lingua :  
q̄ta eo superstite aderat toli ecclesie utilitas q̄ta  
christianorū singulis salubritas : q̄tum certamē  
quātaq; hereticis destructio ac dis̄p̄sio . Hic cer  
te oībus christicolis amabilis erat . & decorus i  
uita sua . Et ideo ei⁹ recessu singulis flere licet  
nec ē qui se abscondere uel exculare possit . Ne  
igitur noster nimis protrahat sermo ut breui  
ter cōcludam : que pro nostro damno dolorē  
attinent . Vtq; ex illo pueniebat omnibus utili  
tas & exultatio explicari non pōt ita dolor & la  
mētatio . Cesset igitur dolor abeat tristia quib⁹  
tñ nō possum⁹ attigere que uellem⁹ que nō so  
lū nullū adhibēt remediū dolori s̄ augēt . Si pa  
trē nostrū diligimus eius letitia gaudeamus .  
Non uere diligit : qui sua tantum utilitate .

Idecirco & si pro ea q̄ nobis euenit iutilitas dole  
mus & pro eis que recipit gaudia collectemur.  
**A**d sit ergo nobis hodie causa magne leticie.  
Cantet quibus nostrū nouum dñō canticum  
sonoris iubilet uocibus mater ecclesia. In hym  
nis & cōfessionibus plaudat hodie plebs catho  
lica. Vnde iocūdentur christiani catholici. Ho  
die certe obtinuit Hyeronimus qđ tāto estua  
bat desiderio hodie deuictis hostibus securum  
obtinet triūphum. Certe oībus expletis labo  
ribus requiem possidet sine fine. Ia; nō esuriet  
neq; sitiet amplius neq; cadet super eū sol / ne  
q; ullus estus. Ablata ē ab oculis eius omnis  
lacrima abiit enī luctus. Iam certe dolor sibi de  
inceps nō erit. Iam certe mercedē habet p̄ qua  
toto ūite tempore laborauit. **C**onsolemur  
ergo demus magnificētiam deo nostro quoni  
am pfecta sunt opa & omēs uie eius iuditia.  
**C**onfiteamur domino & collaudemus deū sal  
uatorem nostrum quoniā nō dereliquit sāctū  
suū ūite adiutorio i tribulatioībus que i agone  
hui? ūite miserrīe circūdederūt illū. S; adiutor  
& ptector suus factus liberauit corpus suū a p  
ditiōe a laqueo līgue inique & a labiis opantiūz  
mēdatiū, et eū sublimiter collocauit infra patris

māſtiones: ubi ē oē gaudiū oīſ ſuauitas oē quod  
deſiderari pōt . ubi felix & glorioſa ē refectio  
aīarum poſt labores & erūpnas : ubi dulcis ſo  
lemnitas angelorū: ubi una ſocietas & caritas oī  
um ciuium ſupnoruz. Ibi certe neīeʒ timor aut  
dolor cōcutit . Ibi nulla penitus agnoscit̄ angu  
ſtia tribulatio aut aduersitas . Nulla ibi iſirmi  
tas nomiatur . Nemo enim de ſuo fraudat̄ de  
ſiderio . Procul ibi diſtat mors . Nulla ibi pror  
ſus pñtiſ glorie expectatur minoratio ſed augu  
mētū . s. cū oīuʒ erit uniuersal̄ reſurrecțio mor  
tuor̄ / ubi tūc corpus cui?libet bōrū ſimul cū  
aīa pñdictā gloriā / quā nūc ſola poſſidet aīa fine  
itermiabili poſſidebit : Quis aut̄ angelorū uel ho  
miū q̄ta ſint minor particula gaudiorū & glorie  
que ibi ſunt eſſet ſufficiens e narrare ? Quis at̄  
intellec̄tus ad hoc itelligēdū ydoneus ? que nec  
oculus uidit nec auris audiuit nec in cor homis  
aſcendit . Certe ſi hec q̄ta ſint gaudia cōſideret̄  
terrena omīa uiliora oī ſtercore apparebūt . Si  
hec temporalis uita uilis cōparet̄ eā q̄libet hoī  
nū extinguere q̄ citius poterit ardeſcet ut illi?ca  
pax efficiat̄ . Hec uita caduca & momētanea re  
ſpectu illius mors potius ē dicēda . Oīſ mūdi fa  
lax uana letitia pōd? amariflimū & graui? farcia

Hanc quippe sarcinam deponēs Hieronimus  
sanctissimus optimā illam ellegit / ptem que ab  
eo nullo tempore auferetur . Rogo gaudete  
& exultate cantate & psalite quia pater noster  
gloriosus nauī plenā celestib⁹ diuitiis eternisq;  
mercibus / iam concupito in littore collocauit  
Anchoram spei tranquilla iā in statione firmauit  
Iam certe brauium obtinet p quo ī agone hui⁹  
seculi ab omībus se illicitis abstinentia cucurrit  
Iam uictor de hostibus suis triumphauit cum  
quibus scuto timoris domini munitus uiri  
liter dimicauit. Iam denariū accepit pro quo tā  
to labore in uinea sancte ecclesie laborauit . Ia;  
talentum domino reddidit dupplicatum p cu  
ius mercede in gaudium domini meruit intro  
ire . Propter quod gaudēs gaudebo & cātabo  
dilecto patri meo cāticū nouum ut sit laus ei⁹ ī  
ecclesia sanctorum . Ecce dilectus pater meus  
abit in ortū domini dei sui / ut comedat fructū  
pomoꝝ suorū . Ecce dilectus pater meus candi  
dus speciosissimus electus ex milibus in quo  
nulla ē macula pascitur inter lilia ī uinea domi  
ni sabaoth . Ecce flos cāpi & rosa nimio fragrās  
odore de orto nup ecclie ī uiridariū ē dñi trās  
plātatus . Ecce cīp̄sus ī celi altitudīeꝝ se extollit.

Adisulas longe diuulgetur nomē suum ut sit  
in eternū eius memoria in benedictione . Ex  
ultate igitur Christū patres & domini letamini  
& laudate quia decet laudare deū qui mirabi  
lem se in suis declarat sanctis letetur orbis oīs  
Erubescant fallaces heretici & iā se noscāt ad ni  
hilū deueisse . Certe nō ē mortuus ut existiant  
sui hostes . Sed certe eius refulget claritas p̄ etér  
na palatia . Iam ueteribus depositis armis flagi  
libus noua induit ac ppetua hodie undiq; facta  
sit in populo xpiano letitia . Exultet p̄cipue san  
cta mater ecclesia cuius hodie gl̄osus filius cul  
tor amato & ppugnator p̄cipuus om̄ibus extir  
patis hereticis dogmatibus cum suis fallacibus  
actoribus de agro fidei catholice / & doctrinis fa  
cratissimis & prefulgidis signis ac pdigiis ut sol  
refulget inter agmina beatorū . Vale ergo Hye  
ronime gl̄ose nostri semp faciens apud deum  
memoriam ut tua ualeamus piissima itercessi  
one & in pñti ab oībus ptegi nocuis & in futu  
ro gaudia que iam tu possides adipisci .

Explicit ep̄la Eusebii & cetera .

111

Incipit epistola sc̄i Augustini épi doctoris eximii ad Cyrillū yerosolimitanū episcopū de laudib⁹ beati Hyeronimi doctoris eximii.

Loriosissimi christiane fidei athlete sc̄e  
matris ecclesie lapidis angularis ī quo  
ad modum firmata cōsistit nūc uero  
in celesti gloria sideris radiatis oī Hyeronimi  
p̄sbiterilaudes uenerabilē pater Cyrille scilicet  
ne putas aut lingua balbutientis pueri ut uirū  
plutū labiis me fore locuturū reris. Verū si celi  
ennarrat gloriā dei & oīa que fecit dñs eum in  
sanctis suis laudant. Scilere debet rōnalis crea  
tura a laude dei in rōnabili nō silente. Taceam  
aut loquar /cū si taceā lapidibus clamare iube  
tur. Certe loquar & nō tacebo totis nixib⁹ exi  
miū laudare Hyeronimum qui q̄uis indignus  
& insufficiēs laudator existam. cū nō sit pulcra  
ī ore peccatoris laus : tamen ab eiusdez laudib⁹  
minime cessabo. firmet̄ itaq̄ manus uestra &  
lingua nostra palato non ihereat quoniā certe  
magnus ē iste uir sanctissimus mirabilis & me  
tuendus super omnes qui in circuitu nostro  
sunt. Magnus certe in uite excellentissime san  
ctitate magnus in sapientie iefabilis pfunditate

magnus ī maioris nūc glorie q̄titate , mirabilis  
in prodigiis insuetis metuēdus ob sibia domi  
no traditā potestatē . Q uam magnus itaq; sit  
iste gloriosissimus Hyeronimus ī sue uite ex  
celētissime sc̄itate nō patefaceret lingua mea cū  
pene cūctorū nō sufficeret mortaliū lingue ut  
eius excelētiam explicaret . liceat ergo dici alter  
hic Helias alter hic Samuel . alter hic Iohnanes  
baptista uite excelētissime sanctitate . Helias &  
Iohānes heremite magnis ciborū & uestiū aspi  
tatibus carnem macerauerūt . Nō minoris uite  
Hieronimus gloriosus heremita qui p quadrie  
niū ī heremo tantū ferarū socius extitit ut uene  
rabilis Eusebii eiusdem p̄dilectissimi discipuli  
littere quas pridie recepi plenius & meli<sup>9</sup> fate  
bātur . Et ut me certius tu idē nosti uinū & sice  
ram aliqualiter nō gustauit . Ab oī carnium &  
etiā pisciū esu : ita se abstinuit q̄ uix ea noīare  
uolebat . Coctū quid nō nisi ī ultima egritudine  
bis comedit . Cilicino sacco carnē suam ueluti  
ethiopis macerans desuper panno uilissimo se  
tegebat . Stratum aliū nisi terra; nūq̄ sciuit . Nō  
nisi fructibus aut herbarū foliis siue radicibus  
pastus in die post uesperas se orationibus pre  
bens deinde usq; ad horam sextā noctis cōtinue

uigilabat .postmodū somno festus i terra dor  
miēs usq; ad noctem mediā quiescebat .Qua q  
dem cōtinue surgens hora lectionibus & Icrip  
turis sanctissimis quib<sup>r</sup> tota radiat ecclesia uti  
lapidibus p̄ciosis intentus usq; ad eſus horam p  
durabat Ita leuissima ſlebat uenialia peccata ut  
quis eum extimasset et hominē iteremifſe .Ter i  
die cōtinue carnem suā diris uerberibus flagel  
labat .ita ut ex eius corpore riuuli ſanguinis ef  
fluebant .Q uoniā uerbū otiosum aliquod ut  
peſtem maximā fugiebat .Sibi otium nullum  
erat :ſemp aut ſacris lectionibus aut ſcribendo  
aut docēdo cūclos exercitabat .Q uid plura lo  
quar<sup>r</sup> Si ſanctorū omniū ſingulariter uitas per  
quirerem/ eo ut puto maiorem nemine inueni  
rem .Sed quia ſupius Samuelē noīauimus fuſ  
fe hunc Samuelē ostendamus .Hic certe ille Sa  
muel qui de uanis litterarū ſtudiis uerberibus  
euocatus ſacre scripture ministerio deputatur  
i cuius uultus lumine diuina gratia influente  
utriusq; testamēti lumen uidimus: i cuius bra  
chii fortitudine hereticorum pars maxima eſt  
diſpersa .hic certe gloria uirtutis noſtre trāſfe  
rens utrūq; testamētū ex hebreorum lingua i

grecam pariter & latinā disponensq; ipm posteris in eternum declarans enigmata & obscura dubia & nodosa preparans officiorum seriē cunctis ecclesie ministris totam pene ecclesiam hedificauit . Vnde bene magnus apparet in sapientie ineffabilis profunditate . Liberales autē scientias ita perfecte sciuit q; relatione omnium nullus sibi similis adhuc apparet . de scripturis uero sacris / uti multarū suarū epistolarū: quas ad me dirrexit experientia didici equalem sibi neminē unq; noui hebraicorum / grecorū galdeorum psarum / & medorum arabicorum / & pene omniū nationū linguas & litteras tanq; si fuisset ī eisdem natūs & educatus sciuit . Quid plura dicam? Que Hyeronimus ignorauit in natura nullus hominū unq; sciuit . Nō me ista uenerabilis pater Cyrille existimes dicere ut putem te Hyeronimi uitā & uirtutes pei<sup>o</sup> me scire cum socius sibi existeris multo tempore . Sed testor deu; quoniā obtā ineffabilis uiri sanctitatem / si uoluissē tacere nō potuissē . Cōfiteātur mirabilia & sanctitatē suā et ipi celi in quibus magnus nūc maioris glorie cōtitate quā mētorū sanctorū hītas sine fine . Nulli itaq; dubiū

ē infra patris māsiōes ipm unam ex maioribus  
& sublimioribus sedibus obtinere . Cū enī hō  
ibidē secūdum opa sua p̄mietur & iste pfectio  
ris pene uite extiterit clare patet ipm unum de  
maioribus & sublimiorib⁹ celestis Hyerusalē  
ciuib⁹ fore . Quod ut a nobis plenius & certi  
us credatur i mūdo p̄cūctis quoꝝ nostra recor  
datur etas ualde mirabilis apparet , pdigiis ifue  
tis & miraculis infinitis quorū mihi aliqua ue  
nerabilis Eusebius suis litteris declarauit . De  
ceteris uero prodigiis que quotidianie ibidē mira  
biliter fuerit ut cōtinue intelliga relatibus plu  
rimorū auīdi⁹ paudire tibi ipi pater carissime lūp  
plico : ut mihi in breui uolumē quecūq; poteris  
uera & utilia miracula colecta q̄ citius facultas  
aderit eiusdem Hyeronimi sanctissimi deuotio  
ne trāsmittere nō deneges . Sed ut merita Hye  
ronimi sanctissimi nō lateant , quid erga me di  
uinaa nnuente clemētia in ipo sui obitus die ac  
ciderit enarrabo .

Quō apparuit sancto Augustino eō.

Odem nāq; die & hora quo exutus pu  
tredinis & imūdicie carnis toga Hyero  
nimus sanctissimus uestimentum ppetue imor  
talitatis i extimabilis glorie et leticie : iduit dum

yponie in cellula mea quiescens aude cogitans  
quales in effent animabus beatorum qui cum Chri-  
sto gaudet glorie / & letitiaq; q; titas cupiēs inde  
ex hac materia breuē componere tractatū . p̄ci  
bus impulsus nostri seueri quondā uenerabilis  
Martini turonensis ep̄i discipuli / carta / calamo  
pugilariq; i manibus suscep̄tis . breuē uellem  
scribere epistolam sanctissimo Hyeronimo de-  
stināda; ut quicq; ex hoc sentiret renderet . Scie-  
bam enī in tā diffīcili questione a nullo alio ui-  
uētium me posse doceri euidenti⁹ cūq; iam scri-  
bens salutationis exordium Hyeronimo p̄no  
tarēt ineffabile subito lumē uestris iuisum tem-  
poribus nostris que minime linguis declaran-  
dum cū inefabili iauditaq; odoꝝ oīum fragan-  
tia cellulam i qua stabant itrauit . Hora iā com-  
pletorii . Quo a me uiso stupore admiratiōe q;  
omotus cū & mēbrorum repente uirtutes ami-  
fi . Nesciebam & enim tunc q; detera mirabilis  
dei exaltasset seruū suū . notas faciēs i popuꝝ uir-  
tutes suas . Nesciebā & enī q; de⁹ antiq; misera-  
tionis seruū suū fidelē a carnis īmondiciis disso-  
luisset & tā sublimē ei ī celo sedē p̄parasset . Ne-  
sciebā certe īvestigabiles uias dñi . nesciebā the-  
sauros infinite dei sapientie & sciētie . Secreta

& occulta dei iudicia non agnoscebā qm̄ quos  
uult facit sua ī effabili sapiētia ad sui agnitioneꝝ  
ueire . Q uos autē uocat p̄destinat iustificat &  
beatificat prout decreuit . Itaq; qa talē mei ocl̄t  
nūq; p̄pexerāt lucē talem olphatus meus odo  
rem nō senlerat . nō tam nouis tā īauditis mi  
ris obstupescebā inter hec autē meis ī me per  
strepētibus cogitatioib⁹ quid hoc ēſſet de luce  
dicens uerba uox emicuit . Augustine Augu  
ſtine . quid queris? putas ne breui īmittere ua  
ſculo mare totum : breui includere pugillo ter  
rarū orbem : celum firmare ne uſitatos exerce  
at motus : Que oculus nullus hominū uidere  
potuit tuus uidebit : Que auris nulla p̄ ſonū  
hausit audiet tua : Que cor humanū nullate  
nus ītellexit nec etiā cogitauit existmas te poſ  
ſe ītelligere : Infinite rei quis erit finis? Inmen  
ſa qua mēſura metieris? potius totum mare ar  
tiſſimo clauderetur uasco : potius terraꝝ or  
bem puulus teneret pugillus : potius a motu  
cōtinuo celum defisteret: q̄ gaudiorū & glorie  
qbus beatorū aīe ſine fine potiūtur minorē ītel  
ligeres p̄ticulam . niſi uti ego expiētia docereris  
Diſcurſe adhuc breue t̄p̄is ſpatium . i mpoſſi  
bilia facere ne coneris . donec impleat uite tue

cursus . Hic nō queras que nō alibi / nī si quo  
tam feliciter propo iueniri possunt . Hic satage  
talia exercere opa / ut postmodū ibi que hic ali  
qualiter intelligere cupis totaliter ī eternū habeas  
Inde qui itrant nullatenus exeunt . Ad hoc er  
go pauore stupēs admiratione tam iuisa pene  
amēs omni quasi uigore carēs hiis uerbis aliquā  
lem summens audatiā / tremebūda uoce dixi  
fas ut mihi foret qui tam felix tā gloriosus tam  
honorificus ad illa pperans gaudia / qui tā dul  
tia eloquia guturi meo faris nō ambigere . At  
ille: nomē inquit meū queris? Hyeronimi illi?  
presbiteri cui trāsmittēdam iam ep̄lam scribēs  
īcepisti sum aīa que hac ī hora in bethleē iudā  
carnis onere deposito xpo oīq; celesti comitata  
cohorte oī decorata pulcritudie omī illustrata  
splendore induta īmortalitatis uestimentō deau  
rato circū amicta omniū honorū & gadiorū ua  
rietate terrenorū oīum triūphantis oī diademate  
coronata & oī beatitudine & felicitate uallata tā  
gloriose tamq; inefabiliter pgo ad regna celorū  
sine fine māsura . Nullū & enī deinceps expecto  
glorie defectum sed augumētum qñ iteru; cor  
pori iūgar glorificando & nō morituro sed glo  
riam quā sola nūc habeo hituro ī illa , s. uniuers

se carnis resurrectionis die . Tum ego amplius  
ai i me colectis uiribus p gaudio a lacrimis non  
cessans sic rindi . Utinā uirorū eximie tui merer  
fieri pedisecus . Sed queso tui seruuli q̄q uilissi  
mi quē dilexisti i mūdo nimia caritatis affectio  
ne recorderis ut tuis iteruationibus a peccatis  
emunder: tua gubernatione recto calle & ioffe  
so pede pcedam tuis deffensionibus assiduis  
ab inimicis mihi quottidie iſidianibus ptegar  
tuoc; sancto ductu salutis attigam portum . pla  
ceret ut uoluntati tue aliqua mihi interroganti  
rindere . At illa quod optas dicio me oī tue uo  
luntati r̄nsuram sciens . Velle inq intelligere  
utru bōrum aīe quedam uelle possint q̄ obti  
nere nequeant . At illa . unum Augustine no  
ueris q̄ sanctorū aīe / ita in illa eterna gloria in  
deo sunt solidate & firmate q̄ nulla sibi īest alia  
uolūtas nisi dei quo nil uelle aliud poslunt nisi  
que deus uult . Ideo que uolunt obtainere pos  
sunt . Et enim quecūq; uolunt deus & uult &  
adimpler . Nemo quippe nostrum suis frauda  
tur desideriis quia nil preter deum aliquis no  
strum optat . Q̄ m̄ uero semp ut uolum? deū  
hēmus . nrā semp desideria sūt pleiſie adiupta

Lōga qdem pater carissime Cyrille uerborum  
texeret series si omia que mihi ḡlosa illa aīa p̄  
scrutanti patefecit scriberē i hac breuitatis ep̄la  
Spero enī q̄ Bethleē ad tātas reliqas uisitandū  
pmittente deo ueniam .nō post multos ānorū  
circulos ubi tūc que audiui & i scriptis traddidi  
uidebis p̄spicaciter pluribus itaq̄ horis gloriosi  
ſſima illa aīa ibidem mecum manēs trinitatis ſan  
ctissime unitatem ,& unitatis trinitatem : filii a  
patre gnātionē .Spūſcī a patre & a filio pcessio  
nē .Angelicas yerarchias & ordines eorūdem  
beatorū ſpirituū ministeria & etiā beatarū aīarū  
felitia gaudia & alia utilia & grauia humanis in  
tellectibus q̄ ſubtiliter q̄ euīdēter q̄ mirabiliter  
& delectabiliter mihi patefecit auido ſi omniuꝝ  
hominū linguis loquerer nō explicarē ſermōe  
Deinde a meis oculis lux illa diſparuit ſed m̄l  
tis poſtmodum diebus ineffabilis odorū ſua  
uitas remansit .Quam mirabilis ergo iſte eſt  
fatiēs tot mirabilia & tot & tāta hoīb⁹ iſueta p̄di  
gia .Ad īpm ergo ore noſtro clamem⁹ et exiſte  
mus demusq̄ ḡliā laudi ei⁹ qm̄ certe dign⁹ ē oī  
laudē .nec ſumus ſufficiētes eū laudare .i troiuit  
n .i domū dñi cādīd⁹ & pulcherrim⁹ ubi ſine du

bio de sublimioribus & p̄clariorib⁹ sedē obtinet  
 Quod ut iter⁹ clarius ueritatis lumē pateat plu  
 ribus testibus q̄ uno /ceusui quid supradictus  
 noster seuerus uir doctrina & sapia p̄clens cū  
 tribus aliis i īpo die & hora obitus Hyeronimi  
 i turonēsi ciuitate uiderit mee addere uisioni .  
 De quo qdēz mihi solūmodo i p̄e met pridie ad  
 me ueniēs fuit testis . Volens itaq̄ deus ut tam  
 sublimis & cūctorum uiuētium excellentissima  
 gloria nō lateret nec illi quos sanctitatis illius de  
 lectabat sequi uestigia habitu⁹ p̄mum igno  
 rantes aliquando a sanctitatis deuarent trami  
 te .aut etiā sibi tot & tanta elargiri cernētes p̄  
 mia illi⁹ sanctitatis & uirtutis ihererēt uestigiis  
 Minuit enī labore ponderis p̄miorum spes die  
 & hora qua idem gloriosus Hyeronimus felici  
 ter expirauit elargiēdam sibi gloriā suero & tri  
 bus aliis cū eo stantibus taliter declarauit .

Q uō apparuit seuero & tribus aliis .

h Ora completorii die illa i domo sua seue  
 rus cum trib⁹ uiris catholicis quoq̄ duo  
 monasterii quōdam uenerabilis martini erant  
 monaci in diuinis de gens loquutionibus in celo

in ethere : terraq; cantuum suauissimorū i audi torū ineffabilium et incredibilium infinitas repente audiuit uoces : et organorum tūpanorū et psalteriorū et totius simphonie et instrumētorū sonos quibus celum et terra et oīa ut libi uidebatur undiq; resonabāt : quorū suauitatibus eōrum aīe pene a corporibus exalabant / Stupefacti illico omēs illi eleuantes oculos i celum : totum eterem et oīa que eorum continentē ambitu / qdam uiderunt lucem septies solis luce preclariorē clarescere / ex qua omniū odorū aromata erumpēbant . Hec illi tam miranda cernētes deū exorarūt precibus ut eos cur talia fierēt nō lateret . Quibus uox de celo ueniens ita dixit . Nulla uos moueat admiratio nil uobis uideatur mirabile si talia uidetis et auditis . Hodie enī rex regū et dominus dñiantium Christus dominus exunti de hoc neq; seculo anime gloriōfissimi Hyeronimi presbiteri i bethleem iū de cōmorantis totus festiuus obuiam uenit ut eam preceteris tanto honorificentius tanto excentius et sublimius ad sua introducat regna quanto preceteris sanctioris et sublimioris uite meritis fulget . Hodie omnium

117

angelorum ordines exultantes et talibus uocibus  
alternatim cōcinentes suum sociātur dñm. Ho  
die oīum patriarcharū & prophetarū ceterus. hodie  
apostolorū & discipulorū chorus . hodie omēs  
sancti martires . hodie cōfessores . hodie gloria  
dei genitrix sanctis omībus cōmitata uirginib⁹  
hodie bōrum oīum aīe letabūde & festine suo  
occurrunt cōpatriote & ciui . hiis auditis uox si  
luit . sed tamē & lux & cantus & odorū suaq̄i  
tas p̄ horam postmodū cessauerunt . Itaq̄ liqui  
do patet iīm de sublimior & maioribus ciuib⁹  
fore : quo & mirabilis & magnus est . & etiam  
metuendus pene sup omēs sanctos ob sibi tra  
ditam potestatem . Nulli sit qdem dubiū / ita p̄  
ceteris q uult posse iīm asseq̄ sicut p̄ceteris sua  
**Voluntas diuine magis coheret.** Nullus uero  
me tante audacie putet ut fatear iīm Iohanne  
baptista quo testāte ip̄o saluatore nullus maior  
surrexit . petro & paulo & ceteris duodeci aplis  
qui ab ip̄o Christo electi & sāctificati sunt p̄sta  
re gloria . Sed tamen & si prohibeat ratio illis  
maiores obtinere gloriam i celi regno aliquē  
audere dicere : tamen nullas rationes uideo cur  
sit nephias dicere equalem illis in gloria

Hyeronimū fore dūmodo illis ī uite sanctitate  
discors non fuerit cū nō sit personarū acceptor  
deus / sed singulorum merita decernens & red  
dens unicuiq; quod meruit . Ast sicuiq; uidea  
tur minorem Iohanne & aplis gloriam Hye  
ronimū obtinere parum uideat minorem ipm  
obtinere cū & si illius sanctitatis merita illius la  
boris grauia illius scripture & uerissime trāsla  
tionis utriusq; testamenti officiorūq; ordinatio  
nis fructus :nō solum pñtibus sed etiam futu  
ris pñpitaciter cernat . Paulo minus fore ipm ab  
eisdem in gloria discordem :ut uerū testor eū  
puto iudicabit . Porro ne aliquibus deridendi  
laqueū iniere . uidear dū Iohanni & aplis in san  
ctitate & ḡlia equalē esse Hyeronimū sanctissi  
mum fateor . unū q; expletis nūdum diebus  
quattuor ī uisione uidi ennarrabo / ut ueritas  
nō lateat . & ne quis me has laudes retexere cre  
dat uel amore carnali quo homo a ueritatis co  
gnitione maxime deuiat uel uesane mentis ipi  
tia uel alia quacūq; causa . Sed me hec nō abigat  
ab hoīe itellexisse :s; p reuelationē quā deus oī  
potēs q; suos exaltat scōs & exaltādo magnificat  
qrta pñente nocte mihi auide cogitāti qd laudis

118

qd ue debite reuerētie & magnificētie Hyero  
nimi ī breui retexerem ep̄la demōstrauit hoc  
modo.

Quō apparuerūt sanctus Iohānes baptista &  
sanctus Hyeronimus sancto Augustino.

d Vm itaq; ut dixi disponēs hanc tibi ep̄la;  
scribere cogitarē aptā laudis materiā īue  
nire : hora adueniēte noctis media: me somnus  
opp̄ssit . Et ecce maxima mihi affuit angeloru;,  
multitudo.inter quos fulgentes plus īfinito so  
le duo erant uiri : ita similes & uniformes ut  
nulla ī eis uideretur differētia : qua alter ab al  
tero differre posset: nīl quod tria ferta alter fe  
rebat in capite ex auro & lapidibus p̄ciosiss : al  
ter uero duo : Hi candidissimis induiti collobiis  
undiq; auro & gemmis cōtextis:tāte erant pl̄  
critudinis ut non ualeret quispiam ymagina  
ri . Accedentes itaq; illi ambo prope me: sub si  
lentio paulisp̄ steterūt . Deinde ille qui tria fere  
bat ferta hiis me uerbis fuit allocutus . Cogi  
tas Augustine quid debeas laudis de Hye  
ronimi ueritate dicere ? Et certe diu cogitās  
nundum nosti : sed huc ambo uenimus ut  
eius tibi gloriam īdicemus . Hic certe : meus

ocius quem uides Hyeronimus ipse est qui sicut  
equalis mihi in uita & sanctitate fuit ita per omnia  
in gloria equalis est. Et que possum & ipse potest &  
que uolo & ipse uult / & sicut deum video &  
ipse uidet & cognoscit & intelligit in quo ois no-  
stra & scorum oium consistit beatitudo et gloria:  
nec habet maiorem uel minorē gloriā alter alre-  
ro sanctoꝝ: nisi quantum magis et minus diuinam  
contemplatur spem siue cognoscit Sertum uero  
tertiū ꝑ plus illo fero aureola martirii est quo ui-  
ta finiui corporis. Qui et li in mundo ob labores  
pnias: erumpnias: afflictiones: uerbera: cōtu-  
melias et hominū obprobria: et derisiones et ce-  
tera ualde grauia que ita pacifice puluit ita gau-  
denter per deum ut in infirmitatibus exultaret  
uerus martir extiterit et prima martirii non ami-  
serit: tamē quia gladio uitā non finiuit: aureolā  
que in signū datur martirii: talis non habet. Ser-  
ta uero duo alia que habemus aureole sunt/ q  
solis uirginibus et doctoribus dantur: ut ab aliis  
discernantur. Ad hec ut mihi uidebatur resp̄ndi.  
Quis enim es domine mihi? Et ille Iohannes iquit bap-  
tista sum qui huc ad te descendere ut nuntiare tibi  
Hyeronimi gloriam quatenus ipsam gentibus  
nūcies. Hoc enim noueris quia honor et reuerē-

lia que singulis sanctorū exhibet̄ ceteris oībus  
exhibetur . Nec putes q̄ i celo sit aliq̄ iuidia ut i  
mūdo . sicut ei᷑ i mūdo q̄libet hoīu᷑ ceteris p̄esse  
magis uellet q̄ subesse . ita i celo pp̄ caritatē iefa  
bile q̄ se iuicē diligūt beate aīe / quilibet sanctoꝝ  
ita alterius gloria gaudet sicut sua / qn etiā uel  
let quisq; ut quisq; minor sibi esset equal & pe  
ne maior / quia eius gloria esset sua . Ita minor  
majoris gloria gaudet sicuti eam haberet . Nec  
uellet eam habere ut ille non haberet . ymo po  
tius de sua si fas esset in partiret . Vnde gloria  
singulorū est gloria cūctorum : & gloria cūcto  
rum est singulorum . hiis dīctis societas omīs  
illa discessit . Expergefactus itaq; a somno : tan  
tos i me sensi caritatis ardores q̄tos i me uq̄ sen  
seram nō deinceps nullatenus aliqualis in me  
uel iuidie uel superbie siue arrogantie fuit ap  
petitus uel cogitatio . Testis est enim deus qui  
omīa anteq̄ fiant nouit . q̄ deinde tantus in me  
exitit caritatis feruor q̄ plus alieno bono gau  
deo q̄ meo : plus affecto omnibus subesse quā  
p̄esse . Hec id circa dixerim : non ut laudis' ac  
quiram famam : sed ut hec quis non putet ua  
na fuisse somnia quibus sepe deluditur mens

nostra . Sepe & enim deus abscondita & maxi  
ma referat per somnia . Magnificemus ergo do  
minū in sancto suo magnificemus opera sua quo  
niam pfecta sunt nec est in eis iniqtas . Sanctū  
dñi Hyeronimū ppter dominū cū quo regnat  
secure magnificemus : quoniam in uita sua ma  
gnifice fecit i morte sua magnifica recepit . Quia  
propter magnus est i medio nostri & sanctus  
& excelsus in uite excellentissime sanctitate . Ma  
gnus sanctus & excelsus in sapietie iefabilis &  
funditate . Magnus sanctus & pexcelsus i ma  
ioris nūc glorie qtitate . Mirabilis laudabilis &  
gloriosus in pdigiis i uisits i auditis & insuetis  
Metuendus & colēdus & uenerādus ob sibi a  
domino traditam potestatē : honorem & glo  
riam sempiternam . Magnificētius ergo obse  
cro eum : nec taceamus quoniam maior ē omī  
laude . Notas fatiamus i populis glorie sue lau  
des . nō miretur homo si quem deus magnifi  
cauit & exultauit laudamus . Non hominez pi  
geat uenerari & collere quē deus coluit & uene  
ratus est . Non putet quispiam Iohanni & apo  
stolis in gloria & sanctitate equando Hyeroni  
mum : Iohanni & apostolis exercere iniuriam

quoniā iþm illis prestare & gloria & sanctitatē  
si possēt optarent. gloria eius & beatitudo eius  
eorum est et gloria et beatitudo eorum est  
sua honor laus & reuerētia a nobis exhibita  
Hyeronimo eorum singulis exhibet̄. Si ergo  
cupis Iohannem baptistam & apostolos uene-  
rari simul uenerare illum quoniā iþpis per om-  
nia ē equalis. Secure ergo omni depulsa formi-  
dine Iohāni baptiste Hyeronimum equalē &  
nō maiorē. quo nullus surrexit maior. oī deuo-  
tione & reuerētia fateamur quoniā si minorez  
facimus Iohānis glorie derogamus: & magis  
iniurias exercemus q̄ laudes huius mei impiti  
sermonis opus: q̄q ilūstrierenter q̄q nihil tamē  
& deuote & reuerenter expletum. ad te uene-  
rabilis pater puro corde & magna animi deuo-  
tione dirrigo supplicans: ut ingeniali mei uer-  
bula que de mee iþperitie pauperie i laudes exi-  
mii Hyeronimi obtuli: nō deridendo sed cari-  
tate debita tollerādo legas. Et que minus debi-  
to dixi ad tanti laudes uiri: et mee iþputes impe-  
ritie: et epistole breuitati et eius laudū imense  
imensitati. Quoniā certe si omnū mortalium  
lingue solum eius laudes promerēt minus de-

bito satis esset. Mei peccatoris uenerabilis pater  
esto memor. ut dum in illo steteris loco quo  
illud sacrū eximii hyeronimi cadauer quiescit  
eius me interuentionibus recomendes. Quo  
niam nulli dubium est quod ea que optat idē  
hyeronimus potest continuo obtainere. Non  
enim suo aliqualiter fraudatur desiderio.

Explicit epistola sancti augustini de laudibus  
beati Hyeronimi.

Incipit epistola Cyrilli Ierololimitani ad beatū  
Augustinum ep̄m de miraculis beati Hyero  
nimi doctoris eximii.

u Enerabili uiro ep̄or̄ eximio Augustino  
yponēli p̄suli Cyrillus Herosolimitan⁹  
pontifex & oīum infimus sacerdotum . Illius se  
qui uestigia cuiusī terris sc̄itate radiare nō ces  
sat . Illius .s. Hyeronimi gloriōsi cuius memo  
ria in benedictione in seculum seculi . Qui & q̄  
tus sit & tu similiter bene nosti eius usus maxi  
me eloquiis & doctrinis de quo me uelle disere  
re cum sim in toto reprobus & dignus q̄ repu  
to audatiam . Sed tamen quia tua me cogit di

123

lectio ut tibi aliqua scribam de p̄digiis hoībus  
insuetis que p̄ illum i diebus nostris fecit domi-  
nus : ut eū celebrem̄ mūdo faceret : & oīcis ho-  
minibus gloriosum . tantū tuī cōfisus orōnib⁹  
opus agrediar & breuiloquio p̄stringā de mul-  
tis pauca . Gloriosum hui⁹ uiri obitum uisionē  
q; meā & mirifica tūc t̄pris pacta te nosce non ā  
bigo . Nam uir utiq; reuerēdus & memorie ob-  
liuioni nō adde . Eusebius nobilis cremonēlis  
eius discipulus i quo magistrī refūlſit sanctitas  
& doctrina cuius ſapiētiam probitatem & excel-  
lentiā nō ignorās . Qui poſt biēniū a nostre :  
mortalitatis miseria ereptus ſuū p̄dilectissimū  
magistrum Hyeronimū in celi priā eſt sequu-  
tus ut nobis eius indicant crebra miracula de q;  
bus etiam inferius aliqualiter p̄tractabo . Re-  
uerendo patri Damaso portuēli ep̄o & theodo-  
ro romano & senatori eius fratri . Seuero probif-  
ſimo uiro eustochio sanctissime mulieri & tibi  
& multis aliis quos ſigilatim noīari nō eget : tūc  
temporis per ſuas litteras totius eius obitus ſe-  
riem itimauit . Vnde amplius ea que noſti reſ-  
terare foret ſupfluum & dicendorum impedi-  
mētum . Hiis ergo oīmisis ad eiusdem que non

cessant continue clarere miracula noster se stil  
lus ueritat / ut tua poscit deuocio & primo ab  
Eusebio uiro sanctissimo eiusdem Hyeronimi  
sanctissimi discipulo sumat exordium.

P Ost obitū glorioſi Hyeronimi quedam  
heres is inter .grecos ſecta surrexit que ad  
latinos uſq; deuenit q̄ ſuis nephādis nitebatur  
rōnibus pbare : q̄ aīe .btōꝝ uſq; ad uniuersal  
iuditii diē in quo corporib; erāt iteꝝ cōiungē  
de uifione & cognitione diuina i quo tota cōſi  
ſtit beatitudo sanctorū priuabat̄ . Et damnato  
rū aīe ſimiliter uſq; ad diē illum nullis cruciabā  
t̄ penis . Q uoꝝ ratio talis erat . ſicut aīa cum  
corpore meruit uel peccauit ita cum corpore p̄  
mia recipit ſiue penas . Afferebat etiā illius le  
cte nequissimi nullum fore purgatorii locum:  
in quo aīe que nudum de ſuis peccatis i mūdo  
plena egiffent penitentiā purgarēt̄ . Qua qui  
dem ſecta pestifera crebrescente tantus in nos  
dolor irruit ut nos āplius pigeret uiuere . Quo  
meis cunctis ſufraganeis: episcopis & alii uiris  
catholicis cōuocatis : eis ieunia & orationes in  
dixi: ut ſuam ſic agitari fidem diuina nō pmit

teret bonitas . Mira res & forte huic similis nū  
quā . Tribus expletis diebus iejunioru; & ora  
tionum subseq̄nti nocte gloriosus Hyeronim⁹  
suo p̄dilectissimo filio Eusebio orationibus in  
cumbenti manifeste apparet : benignaq; eu;̄  
allocutione confortans ei dixit . in hac secta pe  
stifera minime formidare : cum sibi finis iam i  
ponendus erit . Quem Eusebius nimio fulgē  
tem splendore : ita ut in eum oculus humanus  
aspicere nō ualeret fuisset ituitus q̄si de graui  
somno euigilans p̄gaudio dulces p̄ oculos fun  
dens lacrimas : ita ut pene uocem formare po  
set quātum poterat clamare cepit . Pater meus  
Hyeronim⁹ es : pater meus Hyeronimus es .  
Et pluries reiterans ait . Q uare meā societatē  
spernis : certe teneam te nec dimittam : nec sine  
tuo quē-dilexisti filio gradieris . Ad quem glo  
riosus Hyeronimus . nō te fili dilectissime de  
seram . Confortare uigilimo namq; di me se  
queris & simul in gaudio permanebimus sine  
fine . Sed hec Cirillo cunctisq; fratribus nūtia;  
ut die crastina iuxta presepe domini ubi meū  
quiescit corpus / omnes in unum couenant :  
tam catholici quam etiam illius sekte uiri . Et tu

triū hominum qui in hac sunt urbe hac nocte  
defuncti cadauera ihumata in locū in quo me  
um est humatum corpus facies deportari : sup  
quibus saccum quo utebar ponens : statim pri  
stine uite redditī : hanc radicitus heresim extir  
pabunt . Cui uale dicens gloriosus Hyeroni  
mus disparuit . Mane autem factō ad me qui  
bethleē tunc eram uenerabilis Eusebius ueni  
ens cuncta q̄ uidera enarrauit . Quo imensas  
gratias creatori agens & Hyeronimo glorioſo  
omībus in quo pro nobis de itemerata uirgine  
ſaluator natus est : & ubi etiam ſac̄tissimū Hye  
ronimi cadauer humatum ē congregatis predi  
ctorum defunctor̄ cadauera deferri fecit . O  
mira erga homīes dei miseratio & dispensatio  
quot modis in ſe ſperantes ſcit iuuare . quātisq;  
& quot honoribus ſuos exaltat ſanctos . fiebat  
īterea ab illius ſecte cultoribus derifio : credenti  
bus q̄ foret exinanita manus domini . Letetur  
itaque omnium fidelium cetus & deo in uoce  
exultationis . psallant . quoniā lufcepimus mi  
ſericordiam domini in medio templi ſui . Acce  
dens namq; uir uenerabilis Eusebius ad ſingu  
lorū cadauera : flexis genibus maibusq; in celū

extensis cunctis audientibus sic orauit . Deus  
 cui nihil est impossibile nil graue in uicte forti  
 tudinis & uirtutis qui facis mirabilia magna so  
 lus : & nullum in te speratum spernis : nūc pre  
 ces tuorum exaudi fidelium : & ut tua quā de  
 disti fides itemerata iuiolataq; p secula maneat  
 ac etiam ut hoꝝ error appareat : per merita &  
 intercessiōnem glorioſi tui dilecti Hyeronimi  
 introduc in hec cadauera animas quas de ipis e  
 gredi uoluisti . Quia quidē oratione finita : sin  
 gulū ſacco quo quidē ſupra carnem gloriolus  
 Hyeronimus utebatur tangēs cadauer : protin⁹  
 in eū uite ſpiritum introduxit . Qui omēs ho  
 mines aptis oculis oībusq; uite signis oñlis , ſūt  
 pfecte reuſtitati & cepunt aīarū beataꝝ gloriā  
 & peccatorū penas : tā purgatoriī q̄ inferni cla  
 ra uoce oībus itimare . nā mihi ut postmodū i  
 terrogāti dixerūt beatus Hieronimus eos cōdu  
 xerat ſecū in paradisi purgatoriū & ifernū : ut  
 q̄ ibi agebāt patefacerēt uniuersis . Sibiq; dixe  
 rat q̄ ad corpora reddirēt : & de ppetratis pecca  
 tis agerēt penitētiā qa eo & hora qua uenerabil<sup>z</sup>  
 eusebi⁹ migraturus erat & ip̄i morituri erant ac  
 etiam ſi bene agerent cū eo gloriam adepturi .

Quod & factum est ut inferius declarabo.  
Hiis igit̄ pactis: multitudo maxima populoꝝ  
tam fidelium q̄ etiam illius secte defensorum  
qui ad tam grande concurrerant spectaculum  
tam certum erroris indicium / & ueritatis expi-  
mentum nec nō & beati Hieronimi merita e-  
gregia cernēs magnis uocibꝫ laudes imensas  
referunt creatori: qui suos in se sperantes nō  
deserit. Et sic Augustine carissime: pius domi-  
nus nauiculam sue fidei sacratissime in huius  
mundi mari eructantibus malorum hominū  
fluctibus agitari permittit sed minime naufra-  
gari. Quo quidem forti esto animo quoſo:  
uiriliter age: non formides contra fidei perse-  
cutores: magnanimus dimicare sub umbra ala-  
rum tanti pii patris que ſuorum fideliū preces  
inefficaces non ſinit. dūmodo tota ſpe & puro fi-  
ant animo. Non enim aliter neque utinam no-  
ſtre in exaudiri preces niſi cum in deo noſtra  
nō perfecte ſpes conſiſtit: uel quia petimus nō  
petenda. Ad īpm ergo deum nō tantum ore  
ſed toto corde clamemus dum aſligimur: &  
īpē qui dominatur in uirtute ſua: & nos quot-  
tidie oculo respicit pietatis: non permetter-

nos temptari supra id quod possumus. Sed ne  
nimis deuius a proposito meo gradiar :ad ince-  
pta reddeam & uenerabilis Eusebii obitu<sup>z</sup> nar-  
rans prio & uirorū illorū triū similiter quos re-  
fusciatos nosti migrationem scribens :quia ea  
dem sunt hora & die :quo Eusebius de hui<sup>z</sup>  
mūdi ualle miserie exēpti. aliqua Hyeronimi  
miracula de multis introducam .

### Valde orribile de uisione demonū.

a Dueniēte autem die quo uenerabilis eu-  
sebius a beato Hyeronimo i uisione qua  
supra factus sum se migrare scierat die tertio p  
eunte langore febrium concusus ualido: se lu-  
per terrā: magistri nō imemor : nudum defer-  
ri fecit a fratribus. Et singulum osculans fratru<sup>m</sup>  
benigna eos consolatione confortauit :& ut in  
sancto maneret proposito admonuit . Deinde  
saccum quo gloriolus in duebat Hyeronim⁹  
deferri fecit & supra se poni iussit : Ordinauit  
q; se nudum magistri instar glorioſi : extra ec-  
clesiā i qua iacebat sanctū Hyeronimi cadauer  
sepeliri. post hec coīone sacratissī corporis xpī se

muniesſe dñō & btō Hyeronimo comēdauit.  
Et per triduum locutione corporali uisioē pri  
uatus cīrcū aſtantibus alternatī fratribus psalte  
riū paſſiones domini & alia ſacra cōtinue legen  
tibus : iacuit . Durū quippe & cūctis ī mūdo de  
gētibus formidabile ē hoc quod narro . Die át  
quo moriturus erat p duas horas āte beate aie  
exitum uenerabilis Eusebius tam terribiles ce  
pit actus pagere : q̄ circumſtantes monachi pa  
uore pterrī uelud amentes ī terra facebāt . Nā  
quandoq; transuersis oculis : manib⁹ ſiml  
iunctis : facie terribili : uoceq; dira : quāl ſedēs  
clamabat . Non faciā . nō fatiam . mētiris . mēti  
ris . Post hec ad terram reddiēs faciem ſuam fir  
mabat in terra quantum poterat clamans adiu  
uare me fratres ne pereaz . Q uod monachi ui  
dentes lacrimantes & tremētes eum interroga  
uere : Q uid habes pater ? Ad quos ille . Non  
uidetis demonū agmina que me debellare cupi  
unt . Et illi . Q uid te facturum uolebant cum  
dicebas nō faciam ? Et ille . Conantur namq;  
ut diuini nominis blaſfemus inueniar . & ideo  
hoc me non facere clamabam . Tunc illi . Qua  
re pater faciem abscondebas in terra ?

Et ille . Ne eorū aspectu cernerem . qui tam  
turpis & horribilis ē : qui omēs pene que ī mū  
do sunt respectu eius nihil sunt . Inter hec uer  
ba actus priores reiterans : si ad extremā horā  
usq; uenit . Fratres autem qui astabant pauo  
re & dolore pterriti uelut mortui astabāt qd fa  
cere nescientes . Gloriosus deus in sanctis suis  
mirabilis ī maiestate sua benign⁹ & se timētib⁹  
misericors : sanctos suos non derelinquit in tē  
pore necessitatis . Ad extremam namq; horam  
uenerabili eusebio puenīti gloriosus hyeroni  
mus apparuit . eū benigne confortans . Cuius  
aduentu omnis illa demonum turba quasi in  
finita eius timore perterrita ab eo uelut fum⁹  
euauuit ut plures testant̄ monachi qui p̄priis  
oculis dispensatione diuina se hoc uidisse dicūt .  
Sed hoc magis approbatur . Nam omnes circū  
stantes has & eusebio audierunt uoces . Vnde  
uenis pater . quare tantum moratus es . Queso  
filium tuum ne relinquas . Cui subito conc̄tis  
audientibus alia uox respondit . Expecta fili ne  
formides : quia te non desererem quem tantū  
diligo Quia audita uoce breui inde decursa mo  
rula uenerabilis Eusebius expirauit .

Quia quidē hora et illi tres qui resuscitati sunt  
expirauerūt et ut puto cum Eusebio ad eterna  
gaudia puerunt . Nam per oēs illos uiginti  
dies quibus postq̄ ut nosti resuscitati sunt se ī  
tantam penitētiā tradiderūt / q̄ sine dubio eter  
na beatitudine potiūtur .

### De tribus mortuis resuscitatis .

s Ilentio p̄tereūdum nequaq̄ puto que ab  
eisdem tribus uiris p̄ illos dies quibus ui  
xerūt didici /toto hoc tempore cōtinue cum ali  
quo eorū secreta uite illius quā post hāc breuē  
et momētaneam expectamus rimari cupiēs/ a  
tertia /diem ducebā ad uesperam . Sed quāuis  
multa ab eisdem didicerī tamē ad pñs breuita  
tis causa quedam solū refferam cetera uero di  
cturus alias ūmitam . Q uadām uice ad unuʒ  
eorū me iuissile contigit . Quem dire lacriman  
tem nec meis uerbis cōsolationem aliquam ad  
mittentē comperiens tanti fletus causam ab eo  
dēcepi p̄quirere . Q ui pluries de hoc a me iter  
rogatus/nec tamē ad īterorgata rñdes : tandem

meis coactus importunitatibus sic respondit :  
 Si que pridie sum expertus non ignorares tibi  
 semper esset causa fletus . Ad quem ego . Que  
 so ut me uidisti edisseras . Tunc ille paulisper ta  
 cens inquit . Quales credis penas & tormenta  
 non solum dampnatis : sed etiam in purgatorio  
 existentibus preparari : ad quem ego . De incertis  
 que uera pot proferri sententia : Ut enim pu  
 to nostris quibus affligimur penis equari non  
 possunt . Ad quod ille Si omnes que in mundo  
 cogitari possunt pene : tormenta & afflictiones  
 minori que illic habetur pene comparantur . Om  
 nes que hic uidentur pene & tormenta solatia  
 erunt mallet enim quilibet uiuetium si illas ex  
 pientia noscet penas / usque ad finem mundi omni  
 bus hiis simul sine remedio cruciari penis quas  
 omnes homines ab adam hucusque sigillatim pule  
 runt : quod uno die in inferno siue purgatorio mino  
 ri que illuc habetur pena torqueri . Et ideo si ca  
 usam mei interrogas fletus / timor penarum  
 est que peccatoribus iuste dantur . Scio namque  
 erga deum meum peccasse & ipsum iustum fore  
 non dubito . Quia de re non mireris si plango  
 cum potius si non plangerem admirari deberes .

